MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0608

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

LIBER · VISITATIONIS · & REFORMATIONIS: SANCTAE · AQVILEIEÑ · ECCLESIAE:

De Anno 1484 · 23 Martii

facta per Rev.mum Dominum Petrum episcopum Balneoregien.
Gubernatorem Generalem in Patr.tu Aquilejensi
Pro Rev.mo D.D. Marco Barbo Epis.po Prenestino
Card.li S. Marci etc.

608
JOPPI



Amico carissimo: Io ti mando como fradello mio
et tu me voglia mandare

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Iesus:

Infrascripta sunt capita interrogationum faciendarum Ven. D. Canonicis, mansionarijs et clericis S. ecclesie
Aquileien. in visitatione celebranda per R.mum in Christo patrem D. Petrum Dei et Apostolice sedis gratia episcopum
Balneoregien. in patriarchatu et diocesi Aquileien. per R.mum D. D. patriarcha Gubernatore dignissimum: et primo
incipiendo a divino cultu qui semper a quolibet visitante preponi debet:

1\. Primo interrogentur clerici ecclesie domini Canonici et mansionarij quo regitur chorus et si omnes
ipsi conveniunt ad officium matutinum, et si perseverant in ipso choro usque in finem: et si negligentes
et absentes puntantur:

2\. Item si accedunt et intersunt ad omnes alias horas, et si manent usque ad finem: et si negli-
gentes et absentes puntantur et in qua summa pro qualibet hora:

3\. Item interrogentur predicti domini Canonici et mansionarij si tempore quo divina celebrantur officia
stant in ipso choro sicut decet bonos clericos cum silentio servando debitam modestiam et
gravitatem absque risu ioco et confabulationibus non necessarijs:

4\. Item si ipsi D. Canonici tenentur diebus solemnibus et initis per se missam celebrare et si
celebrant vel non:

5\. Item interrogentur dicti mansionarij quot missas celebrare tenentur singulo die festo
et quot die non feriato, et si servant in hoc quod debet tam in missis legendis quam
cantandis: Item quot missas tenentur in ebdomoda celebrare estivo tempore et quot
hiemali, et si illas utroque tempore celebrant:

6\. Item interrogentur si estivo tempore omnes mansionarij aut pars eorum et quot tenentur
facere residentiam in Aquileia, et quo celebrant horas canonicas ipso tempore, et si omnes
presentes in civitate conveniunt ad ipsa officia celebranda vel non:

7\. Item interrogentur quot et qui sunt illi qui habent capellas in ipsa ecclesia et quot missas in ebdo-
moda quilibet in suis capellis tenetur celebrare, et si circa hoc faciunt debitum suum:

8\. Item interrogentur D. Canonici et mansionarij si omnes dicti mansionarij sunt capaces
et idonei ad suum officium exercendum prout iura et statuta prefate ecclesie exigunt:

9\. Item interrogentur si honorifice tenent et servant eucharistie sacramentum et reliquias
sanctorum et alia paramenta cum luminaribus et alijs debitis preparatoriis:

10\. Item interrogentur si sacrista eiusdem ecclesie est sufficiens ad ipsum officium exercendum, et si soli-
cite et curiose exercet illud; et si paramenta, vasa argentea et alia dicte ecclesie orna-
menta tenet munda et sub bona custodia ita quod aliquod scandalum seu periculum
non evenire possit et diu valeant conservari:

11\. Item interrogentur predicti domini Canonici et mansionarij si pecunie ad fabricam
et ornatum dicte ecclesie deputate exponuntur et dispensantur in eum usum ad
quem sunt deputate prout iura statuta et laudabiles consuetudines prefate ecclesie expostulant
et si ipsa fabrica et tecta ecclesie tenentur bene reparata ne ruinam vel pluviam interius re-
cipiant, et si dicte pecunie aliqui in privatos usus convertuntur:

12\. Item interrogentur si ipsa ecclesia et cimiterium clauduntur ita quod porci et alia anima-
lia immunda ingredi non possint:

13\. Item interrogentur si aliquis detinet vel occupat pecunias spectantes ad dictam fa-
bricam et ornatum:

14\. Item interrogentur si in anniversarijs mortuorum tenentur unam aut plures missas
celebrare et si in hoc debitum suum faciunt:

15\. Item interrogentur si habent aliqua privilegia prout asserunt et que literas ~~ass~~ dixerint
ostendant et copiam curie patriarchali exhibeant:

16\. Item interrogentur si delicta publica et notoria fuerunt correcta et punita
contra clericos delinquentes secundum formam ipsorum privilegiorum:

17\. Item interrogentur si aliqui occupant aliquas pecunias tam a affictibus quam de
quartesijs ad capitulum spectantes:

18\. Item interrogentur si modeste et honeste vivunt et in habitu et tonsura ince-
dunt prout iura et sacri Canones iubent:

.19. Item interogentur si quiete et pacifice vivunt prout ius divinum et fraterna charitas exigit
et si inter eos est aliquod grave odium:

.20. Item interogentur si tempore quo eorum celebratur capitulum in laudabilibus et honestis propositionibus
que ibidem fiunt et aliis peragendis et discutiendis negotiis se quiete et modeste habent
et absque tumultu arrogantia et verbis contumeliosis proposita transigunt et celebrant
sicut decet bonos et probatos clericos:

.21. Item interogentur si in corpore vel collegio est aliquis publicus concubinarius sive adulter
seu domi vel alibi servans et tenens aliquam mulierem iuvenem vel alias de incontinentia
infamatam aut suspectam:

.22 Item interogentur si aliqui canonici vel mansionarii incedunt per civitatem aglorie de die vel
de nocte cum armis prohibitis sine iusta et rationabili causa:

.23. Item interogentur si servantur statuta dicte ecclesie et illa que edidit R. D. episcopus Feltren
que fuerunt iuramento firmata ab omnibus canonicis:

.24. Item interogentur quomodo et qualiter distribuitur et conceditur residencia canonicis residentibus
et in quibus casibus et si in hoc servantur statuta vel non. o

M.cccc.Lxxxiiii indictione ii^a die prima Junii:

Reverendus dominus Dorninus de Valuesono: Decanus S. Ecclesie aquilegiensis: Constitutus personaliter Coram prefato Reverendissimo domino Bubri visitationis officium exercente: Interrogatus & examinatus super Capitulis ipsius visitationis absque tamen Iuramento: dixit et respondit ut infra:

Super primo Capitulo Interrogatus respondit, quod est et fuit ab antiquo ut accepit. in libertate Canonicorum ire ad matutinum ad missam et alias horas Canonicas tempore Congruo et si non vadunt debent punctari per punctatorem deputatum, et perdunt lucrum secundum formam statutorum: Mansionarii vero. debent et tenentur ire ad omnes horas predictas. et illas Celebrare et pagere quia fuerunt ad hoc deputati et fuerunt erectio aliquae prebende et eis date: ut in ecclesia aquilegiensi potaret potius diei et noctis: et solliciter se haberet in diuino Cultu exercendo.

Super Secundo: dixit: quod domini Canonici. non vadunt ad dictas horas nisi tempore puncti Caditis: et post ipsum punctum recedunt de choro. et permanet usque in finem ut debent: Abutus vero punctatur: ita quod perdunt lucrum Currens ea hora per quam punctati sunt secundum ritum diu observatum:

Super tertio Interrogatus: respondit: quod nec domini Canonici nec Mansionarii servant in choro tempore quo diuina celebrantur. servant silentium aut debitam modestiam et gravitatem: saltem pro maiori parte ipsorum:

Super quarto Interrogatus. respondit ignorare si Canonici tenentur ipsis diebus celebrare, nec ne. dixit tamen quod dominus Decanus non est de huiusmodi angariatus: videtur nihilominus honestissimum quod ipsi domini Canonici et decanus. diebus saltem solemnibus debent Celebrare in ipsa ecclesia:

Super quinto Capitulo Interrogatus dixit quod mansionarii non tenentur celebrare nisi missas Conventuales. quas celebrant omni die per eorum circulum: Cappellani vero tenentur diebus feriatis et non feriatis celebrare. secundum obligationem Cappellaniarum: propter tamen obligationem non sciunt estiuo aut hiemali tempore:

Super .6. Interrogatus respondit ignorare quot mansionarii aquilegie estiuo tempore residentiam facere tenentur aut quot resideant: Scit autem quod estate legunt missam et alias horas Canonicas. et tantum festis diebus Cantant missam: et quod omnis presentes in aquilegia non intersunt diuinis officiis.

Super .7. dixit ignorare quot sint huiusmodi Cappellani in ipsa ecclesia specificatis: scit tamen quod omnes Cappellani obligati sunt qualibet ebdomada Celebrare xiii in xiiii missas. & Credit quod circa ipsam Celebrationem non facit debitum suum:

Super .8. Interrogatus respondit scire Interrogatos de mansionariis, in Capitulo, Jacobum de bellunys: quod et male et dissolute viuit: conuersando Comedendo et bibendo cum laycis in publicis tabernis: et quod ignorat secum fuisse dispensatum quod possit habere beneficium in eadem ecclesia cum pre: Item dixit quod dominus pallinus non est sufficiens mansionarius quia non habet vocem nec artem ad Canendum:

S up. 9. Interrogatus dix: q ad cap.^m no spectat tene sacramentu eucharistie
s ad d. plebanu. reliquas aut storiu, tenetur cum lampade i loco consueto:

S up. 10. Interrogatus, rndit putem sacrista e insufficienti ad ipm offm
et bonu ineo regimie no here: et in multis defice:

S up. 11. Cap.o dix interogatus q pecunie fabrice et oblatus no reponunt in cert
locum in quem postulat statuit. et interdu camerarij eas p libito exponunt
licet qn reddunt ronem, faciant se debitores:

S up. xij. Cap.o rndit: q e magna dedecus q ipa eccl et cimiteriu sine g-
tinue parent. et oia animalia ingrediuntur et fedant.

S up xiij. dix nullum scire q ipas pecunias iniste occupet:

S up xiiij. Capitulo dix q in dcis anniversarijs qui celebrantur cantatur solum
missa conventualis. excepto q in anniversario q. d. leonardi de fotinellis
i quo celebrantur ex eius ordinatione ptes mille sumptibus defuncti: Item
dix ignorare si tenetur in alijs anniversarijs celebrare nisi mille minorem:

S up. xv. interogatus. rndit. q captlm ht plura et diversa privilegia, que
sibi ondetur quando sua d. volet: et ex illis dabitur copia:

S up xvi. rndit. q delicta suorum clericorum no fuerunt punita: no suo de-
fectu sed ex carentia boni et sufficientis notarij:

S up xvij. Capitulo interogatus respodit: ex credit q omnes officiales, q no redi-
derunt hactenus suas rones, sint debitores capituli:

S up xviij. interogatus respondit: q d. canonici et mansionarij, secundu loci
qualitate satis modeste et honeste incedunt in habitu et tonsura:

S up xviiij. Cap.o rndit. q vivunt inter se, in ea parte q canos et ceteri: absq oi
rancore et contentione: et inter alios. dix se here odiu cum aliquibus ex canonicis
qui contra iniuriati sunt g debitum honestatis et iustitie:

S up. xx. Cap.o interogatus rndit: q fere sp in dco cap.o qn debet providere bono
et utilitati eccl et subditoru, exoritur ad invicem et unus g alterum insurgit
verbis contumeliosis et obprobriosis: et i tunc, dennu ab aliquibus nullus respe-
ctus hetur: q semel unus ex canonicis sibi vocavit cum onde in cap.o:

S up. xxi. interogatus dix. q de canonicis et mansionarijs concubinarijs
sive adulteris no est opus, q p eum aliqui nominentur: cum ij q sunt in
tali damnatione no sint ei magis noti q sue d. Rme:

S up. xxij. interogatus rndit, nescire aliquem sup stitis in cap.o delinquere
pter q Jacobum d. philippi. qui semel ipe vidit de nocte transeuntem in
domum sua amatam uno speculo: i simul cum Jo. ferrario here agliis:
con que Jaco.m et als ptes sup hoc facta fuit s g scia:

S up. xxiij. dix interogatus, q nec vetera nec nova dce eccl statuta servantur
et supplicavit ipi Rme d. q ponatur modus ut ipa vetera statuta
observentur: et q similiter in omnibus alijs salubriter providerant:

Die secunda Januarij 1484.

Examinatio Ex. D. Jacobi de maniano decretorum doctoris Decani utinen. & archidiaconi Aquilegien ecclie Facta coram prefato Ex.mo D. Gubernatore visitationis officium prosequente: absque Juramento ore proprio eiusdem D. Jacobi mihi scribenti dictata:

Sup primo Dix q nunc chorus no bñ regit sicut tenuta erat a regit et quemadmodum retroactis temporibus solitum fuit regi, nam per impensos Favores plures admissi sunt mansionarij qui parum sciunt cantare & minus legere. & novissime quod valde dolendum est admissus est ad officium presidentie chori s. scholastarie D. Petrus Bodegani alias bonus vir et doctus tamen nihil de cantu scit adeo q nec sufficiens mansionarius videtur nedum scholasticus, nec sibi haec accomodata ut fuit electus secundum statuta, sed simpliciter admissus cum emolumentis octuaginta ducatorum ut dr, pro quod est scandalum inter Fres nec est consultum ecclie, ad quam ... officium iuxta statuta ecclesie est et erudire et instruere in gramatica et cantu pueros: quod non fit tempore suo: nam etiam cancellaria exercet pro quam sepius eum oportet equitare Foris.

Sup secundo dixit q singulis annis designat unus punctator. Verumtamen non pauci ex canonicis sunt qui magis consequuntur favores aliqui punctant aliqui non, & maxime qa vadunt utinum et ad alia loca aliqui plures per diversis negotijs, cum vix sufficeret, et sunt aliqui qui vix residet per mense et lucrati sunt hactenus et lucrantur per totum annum. & Ex. D. Gubernatore sepius audivit murmurationes istas, ideo prudeat, nec est equum nec iustum q Canonicis residens alibi extra civitate et non facturus alias residentiam lucretur distributiones quotidianas et si prosequit ... utilitatem ecclie et etiam si ab alijs concedat, qui est sana doctrina Dni Domini de S. Geminiano & aliorum scribentium. i. c. cum non deceat de electio in vi. Et tamen unus quidam Canonicus iam annis pluribus consecutus est et consequit quotidianas distributiones litigando venetijs & alibi, Cum nolit hic reside nec solitus sit, sed alibi in domicilio proprio. Qui est D. Franciscus de othaco. Cum scandalo et murmuratione multorum: =

= quo D. Franciscus cum sede D. Jacobo archidiacono de hoc animadvertens, videns sibi & alijs similiter nocebat distributiones et consequentes pro comoda, et tu ide dns Franciscus quamdiu fuit residens obtinuit diversa officia et ... usurpat et ultra emolumenta alias diligens pro Familias et pro Feugalitatis.

Preterea statutum ecclie Aquilegien sub Rubrica & patha posse aliquem ex canonicis hre et mittere pro eius negotijs, cum residentia tamen tin. Dictat in hunc modum. Itaque statuimus et ordinamus & si contingeret D. patham aliquem de Canonicis peto a nobis et Capitulo nro ut eum mittat extra civitate Aquileien pro suis et Aquileien ecclie negotijs q ille Canonicus donec fuit in dicti D. pathe servitio, dummo exerabit frans aliquam non confingatur reputari debeat pro residenti et omia cum integritate percipiat, que consueverunt de capitulo nostro de camera residentib exhiberi. Manualia autem, que quotidiano distributiones dicuntur, que quidem non tamen residentibus sed interessentibus divino officio exhibentur, tales non percipiunt cum nec illi percipere debeant, qui sunt in domini pp servitio constituti. Hec autem intelligi volumus de Canonicis illis qui residentiam faciunt apud ecclesiam, non autem de alijs qui ipsam residentiam non percipiunt, sed inveniuntur tpre quo petunt seu quo mittuntur apud nostram ecclesiam Cum reside dici non debeat apud ecclesiam, Nec volumus intelligi nisi qui locum proprium hnt & qui per modum residentie locat, nec verum domicilium dicunt hre:

Et Tamen mortuo q. domino Agapito successor eius D. Butin. tunc vicarius pathe in diocesi, nunc vero optinuit hre residentiam et interessentiam iuxta formam statuti, in quo continetur de residentia danda D. Canonicis qui sunt in servitijs Rmi D. pathe prout de deliberatione capituli constat 1475. die xxix. marcij. Et tamen cum non esset reside nec in superpellitio intraret chorum contra formam inciati statuti percipit distributiones quotidianas que dantur interessentibus annis pluribus et forte ultra summam trecentorum ducatorum et sic plures murmuraret q contra ius ecce contra statutum predictum & contra deliberatione de q sup idem D. Butin. Tales distributiones percipet, nihilominus insurgerit et alia grossa nihilominus tacebat alius timore invilie, alius qa similiter in eode peccato errabat.

Est et fuit alia abusio et notoria q aliqui euntes ad Romanam curiam consequentes proprio comoda et non ecclie et ibidem diutissime consistentes et operam in cura ancillarum dederunt et factis pactis inter se, istas distributiones quotidianas liquerunt et dissipat, in quorum numero fuit dominus philippus de bellunis et sic quodlibet. & D. Doymus de valuasono, qui cum optinuisset quandam gram indulgentiarum per s. mam in mortis cuiusdam et nihil fecisset per eccla Aquilegien voluit illas distributiones hre cum fructis suis. & similiter alij de quibus non recordatur q sunt perniciosa exemplo, nec mirum si nunc divinus cultus in ea. Qua hodie mihi dixit tibi:

Sup tertio: dix q aliquando vidit aliquos in choro confabulari: quod cito poterit corrigi judicio suo:

Sup quarto dix q tenentur celebrare canonici sed p alios supplet vices: Et licet aliqui ex ipis sint sacerdotes et opulenter beneficiati nunq tamen celebraverunt aliqui, aliqui vix semel, eos Rx. D. Gubr novit, provideat:

Sup quinto remittitur ad mansionarios:

Sup sexto dix q tempore estivo aliqui remanet mansionarij et summissa voce dicunt offm dieb tam dominicis et festivis cantant missa. Tamen et tpre estivo hoc solent iddirco q licet sint pntes in civitate aliqui canonici et mansionarij et sam, nunq intrat ecclam sed potius vagantur: & nunc ex omnib canonicis illo tpre estatis vix resident venes et fugitoribus spiritibus dum idem D. Jacob et civis et Juvenis pauci ex mansionarijs recedebant: et ex canonicis admodum nove voldere habebant firmum domicilium ad gloriae, nec non quia plures ex canonicis ~~stat~~ sunt et alibi beneficiati ideo deo destituit dictam ecclam:

Sup septimo, audivit q possent melius facere debitum:

Sup octavo, dix prout supra in 7mo & sunt nonnulli qui p exorbitantes favores canonicorum sunt electi et minus idonei, et sine examine, et contra statuta facta in dicta eccla, de quibus Rx D. Gubr habet et hic notitia. Et io. D. S. occurrat si libet:

Sup nono, videtur sibi q bene fuerunt in eo contenta:

Sup 10°. audivit q pns sacrista negligens e: ex sibi commissis de quo residentes loquuntur.

Sup 11°. Dix q pecunie camere aquileien a pluribus hactenus fuerunt in suis privatis usibus exposite prout ait idem D. Jo. archidiaconus sicut de ore dni Ambrosij de pulcinico ad quem locum ipe ait venit q. D. Jo. Franc° de Fontebono equitavit, dum D. Ambrosius gravissime infirmaretur, & hoc ne eccla pateretur jacturam centum ducatorum vel circa quos idem dns Ambrosius de administratione camere et denariorum eccle in suos usus converterat; prout sponte confessus fuit eidem, et putat q adhuc eam summam integre non restituit. Similiter idem D. Jo. Franc° de fumello dicitur debitor R. D. Doymi Decani. D. ~~dn~~ pbr benedictus vicarius imperialis & novissime (quod detestandum valde e et valde scandalosum in tota patria) dns pbr Jacobus de Belgrado de pecunijs divino cultui deputatis in suos prophanos usus exposuit ducatos ducentos vel circa de administratione duorum annorum, et cum illis emit possessiones et alia huiusmodi negotia fecit, distractus a divinis, & intendens mercature prout e publicum et notorium in toto foro: & tamen ipe e nova plantula in hac eccla, in cuius commendatione maxima & laudem idem D. Jacob composuit litteras capitulares ad Rmum D. Cardinalem patronum ductus humano errore quia credebat eum tale fore, ex eo maxe quia idem pbr Jacob de Belgrado notorie dimiserat mundum et contulerat se ad Cartusienses in agro Tarvisio, et se penitet ipm scripsisse pp hoc & alia, sed Rx. D. Gubr nunc laudabiliter dat operam q circa hoc frandes non fiant de qua re D. S. apud deum et homines admodum commendatur. Et D. Franc° de Orbayo similiter #

[Margin: & quidam alij collationum et alijs]

[Margin: et in computis suis sine discussione fuit sibi admissum prout voluit et dix]

[Margin: # diliges dix q est in computis camere debitor p administratores sacristie ... ducatorum octingentis]

Sup 12. dix q eccla clauditur sed non cimiterium & ~~et~~ animalia quotidie ingrediuntur:

Sup 13. dix prout s in 11.

Sup 14. Credit q faciant de more eccle offm:

Sup 15. dix q capitulum ht pulchra privilegia, sed eis utitur ut sibi placet ~~et~~ posset et deberet melius uti:

Sup 16. dixit q non, quod D. S. bene novit et sibi dix, et sunt talia crimina et delicta commissa p plures cum maximo scandalo, que forte moverent deprecationes: et si committerentur in terris Illmi D. Venetorum facta subsequente cum orribili sententia: Rx. D. Gubr novit et hactenus nescit quo respectu parum providit: Credit q ja sperabat et expectabat emendationem:

Sup 17. Dix q ab anno 1469 inclusive citra aut saltem ab anno 1470 computa nulla fuerunt hucusq reddita. Adeo q quisq rapuit prout potuit, et nemo e qui possit scire quantum lucratus e de labore suo in anno, et sic factum e illud qui potest tollere tollat: hinc tandem jam jubente Rmo D. patriarcha & operam dante Rx D. Gubre ceptum e discuti singulorum rationes de gestis offijs: utinam tamen peragant:

Sup 18. Dix q in hac solitudine aliqui fortassis conspiciendum esset eis in hoc exo ecc sed in alijs insignioribus locis pene non sic: et quantum ad habitum exteriorem unus e qui potissimum utitur rubeo indumento et bireto cardinalesco tam in ecc q extra et in die veneris passionis dni et in offo divino: et post se ducit famulum cum caligis divisatis, contra sacros canones et constitutiones synodales, qui e D. pincinus de soldonerijs: et hoc de exteriori: De interiori non de ipo et alijs deus judicet: & Rx. D. Gubr qui e multis exteriori habet maiorem notitia:

Sup. xix. dix q nō quiete uiunt clici huius ecc. aqleien. put fuerunt his diebus presbiteri
Dominus Primus & Rizardus d strasoldo ex una. Qui D. Rizardus cum sit — (margin: q consueuit deferre et)
pbr et plebanus nō defert tonsura et publice defert sicum una et in choro &c.
& D. Ludouicus d Luuisinis cum Jacobo d bellutijs mansionario ex alia d nocte
partibus inter se strumentijs et zambarlanis cum armis post cena rixati sunt =
& ideo quia odia orta sunt inter eos, chei tiessen et noy tutti imbrattati, alalor honore — (margin: In qua quidē cena dicuntur fuisse p bellutijs castaneas et uinum dulce:)
alii praemittunt bonis d causs: que cum sint notoria et d eis ad aures Ex. D.
Gubr. sufficiens noticia puenit et alij loquuntur. Rogat tn idem D. Ja. ar-
chidiaconus ut p dī et Ex.mi D. patbe honore sufficiens puisio fiat:

Sup. xx. dix q sepissime inter se capitulares consueuerunt iniuria serere et se adinuicē ~~tum~~
conuitijs impetere et uarijs maledictis et aliqui ~~post~~ seducunt armatos post sem
ecclam tpe quo uolunt celebrare capitulum: et semel interfuit idem D. archidiaconus
post prandium tn et tpe estiuo, in election quorundam offitialium: et uidit D. Tho-
meum d pulcinico insurgente con D. philippu, et D. philippu cum tantum
bussulos balotarum in manu: et sepius talia que pudet referre:

Sup. xxi. Dix paucos ee ex clicis dicte eccle, in domo nō tenent ancillam insuiente sibi: uerumtn quot notorij
sint concubinarij nescit d ijs prolem nō hnt: unus tn D. philippus detinet ancilla et fi-
lios eiusdem: De adulterisant infamant ex domum tn, Dnj Antonius d Susanis d uxo- — (margin: & thomeus d pulcinico cū scandalo et nota maiori)
recinus dā & rizardus d strasoldo: d alijs nō meminit: et dominus d q inj ulla
bona femina hitat cum illes pbris, q nō fuit aliqn notata d incontinentia
credit tn aliquas ee sine infamia: Rogant ipi pbri et clici aqleie hitantes q in-
colentib ipis solitudine tant Ex.mi D. Gubr pie compatiatur, ne fraudentur adiu-
torio simili sibi, nam ubi nō fuit mulier ingemiscit ager:

Sup. xxii. Dix q dictum fuit sibi q aliqui soliti sunt ire d nocte cum armis et targonis
& d ijs Ex. D. Gubr audinit & nouit: Dominatio sua sequeat:

Sup. xxiii. Dix q nō suantur nec uetera nec noua statuta nisi quantu nō hnt
unum aduertat Ex. D. Gubr p honor et honestato totius cleri ne aliq ideo fre-
quentet monasterium monialiū ex muros, et ne ratione monialius pariuum
admittantur in domib clicor ad prandia &c: et pretextu cognationis ul
affinitatis, quia rumor satis pululat d huius: &c:

Aduertat et Ex.mi D. nō filij pbror assistant pbris in celebration salire missarum:

Insup q d hereditatib q. Dnor Jacobi d Conegliano & agapiti Canonicor ac pbri Antonij — (margin: & pbri Bernardi d padeio ac antonij d s. maria la longa)
d grupignano mansionarij & alior (si q sunt) debita computa reddant, ua ~~nisi~~ iniusta occupat:

Die . iij. Januarij . 1484 .

Examinatio domini philippi de Bellutijs canonici aquileien. facta coram prefato R. in christo d. visitatore citra Juramentum:

Super primo capitulo dixit quod ex forma statuti ecclesie aquil. deputatur unus punctator ad punctandum omnes dominos canonicos et mansionarios non interessentes divinis officijs, qui singulis annis qui punctator tenetur in singulis xv. diebus in xv. deferre librum punctarie in capitulo ad requisitionem eiusdem capituli. et quod in hoc statutum non servatur. et ipse d. philippus pluries institit in capitulo etiam presidente inde eodem Rev.mo d. Vudece, quod tale statutum servari deberet pro augmento divini cultus et nihilominus non servatur. Et propterea credit quod chorus non habeat suum debitum regimen in divinis officijs, nec punctator facit debitum suum: Et plus dicit quod olim punctator presbiter Carolus mansionarius et punctator iam defunctus quodam anno ad complacentiam d. Sterandi de glomona canonici cui erat magna familiaritate iunctus admisit eum pro residente quindecim diebus ultra quam licet nulla esset residentia ipsis diebus, et hoc propter defectum supradictum: quiquidem quindecim dies importat tempus a festo s. Hermacore usque ad festum omnium sanctorum:

Super secundo capitulo dixit quod communiter domini canonici non vadunt ad horas in quibus non lucrantur prout sunt prima tertia sexta et nona, ac completorium: et ulterius dixit quod non interessentes horis in quibus currit lucrum debent punctari secundum statutum et per eum lucrum cadens tali hore tamen ignorat si punctantur, quia res vadunt ad complacentiam. et ipse d. philippus semel voluit videre librum causa videndi si fiebat debitum omnibus indifferenter et non potuit: Et dixit esse aliud inconveniens quia in computo meritorum est solus punctator in hac ecclesia qui facit merita residentium, qui cum sit solus posset committere multas fraudes per secundum suam conscientiam fratris sunt communium: et hoc est maximum dedecus quia in hac ecclesia metropolitana in eo sunt minor dicto residentia fuit quam in multis civitatibus et ceteris in quibus sunt quatuor vel quinque ad faciendum ipsa merita ubi accepit:

Super tertio dixit quod in choro tempore divinorum officiorum statur cum exigua reverentia nec debita modestia servatur, sed risus et colloquia nimis incessanter divinis adimunt tempus officiis pro maiori parte:

Super quarto capitulo dixit quod canonici tenentur celebrare suas ebdomodas tam illi qui sunt presbiteri seculares sicut sunt presbiteri quam alij in quocumque ordine sint: Tamen in hoc faciunt defectum per mansionarios:

Super quinto capitulo dixit quod mansionarij habent capellas et tenentur tot missas celebrare quot exigit debitum uniuscuiusque tam estivo tempore quam hyemali. et tamen in hoc non fuit defectum:

Super sexto dixit quod tempore estivo et indulgentie residentie mansionarij vigore statutorum habent eandem residentiam quam et canonici et aliqui resident et aliqui non. et illi et qui resident non semper veniunt ad officium. Dixit tamen quod ipso tempore estivo et absentie mansionarij et canonici qui sunt presentes in civitate quolibet die legunt omnes horas et officia mortuorum in ipsa ecclesia: Dominicis vero et alijs festivis diebus cantant missam maiorem: Diebus autem profestis aliquando leguntur due misse aliquando una.

Super septimo capitulo dixit ignorare qui sunt illi omnes qui habent capellas in ecclesia aquileien: et quot missas obligati sunt celebrare, tamen unusquisque habet obligationem sue capelle ut credit: et credit quod non faciant debitum suum secundum obligationem in celebrando. Dixit tamen meminisse quod habentes capellas sunt infrascripti prout sibi recordatur. videlicet presbiter Antonius de castro villarum: presbiter Jeronimus claudus: presbiter Jeronimus q. Joannis: presbiter Albertus: et presbiter Jacobus de bellutijs:

Super octavo dixit quod iudicio suo sunt omnes capaces et satis idonei dicti mansionarij licet possent esse sufficientiores:

Super nono: dixit quod sacramenta et reliquie secundum eum satis honorifice tenentur.

Super decimo dixit sacristam modernum esse mediocriter sufficientem et officium exercet non multum diligenter. dixit tamen quod vasa argentea tenet sub bona custodia: paramenta autem non potest tenere munda et secura a muribus quia non habet locum sufficientem nec idoneum:

Super xj. dixit quod pro maiori parte dicte pecunie exponuntur in ornatu ipsius ecclesie, sed bene verum est quod interdum de ipsis pecunijs recipiuntur pro alio usu ab aliquibus ministris: sed postea restituuntur. et illi qui accipiunt in proprios usus videlicet camerarij remanent sedebitores debito tamen tempore quo reddunt rationes: et postremo cum utilitate sua restituunt licet aliqui coacti a capitulo. similiter dixit quod tectum et fabricam ipsius ecclesie satis bene tenent reparata: postremo tamen verendum quod tempore estivo propter carentiam impensarum aliquem defectum patiuntur.

adhibito

Sup. xv. dix q cimiterium nō clauditur & animalia ingrediuntur ipm cimiterium et ibi etc pascuntur.

Sup. xvj. dix q nō novit aliquē qui iniuste detineat vl occupet pecunias ecclie seu camere bene tamē scit q sunt aliqui ex canonicis et mansionarijs ac vicarijs dicte ecclie qui sunt debitores dicte camere, tn debitu nō negant: Item audivit dicit q.o. vm pbr Franc.s d puiusio & pbr Antonius d castro vllaco viventes fuerunt hinc inde & ex. D. Blandus d plemona medit ipm pbrm Antoniu deferente ipm litteris, ut accepit.

Sup. xvij. dix q ipi celebrant anniversaria mortuorum, vna tn missa pterq anniversarium olim D. Leonardi de fontanellis quod tenentur celebrare cum pluribus missis et in hoc tn nō faciunt semp debitu suu:

Sup. xv. dix q capitulum aquileien hr plura digna privilegia sue iurisdictionis temporalis et spiritualis ex quibus ipe D. philippus viui als impetravit ab olim domino ludovico patriarcha et postmodum fuit confirmatu p q. felicis recordationis D. pii ppe ij:

Sup. xvj. dix q delicta clericorum fuerunt punita qtum ipe recordatur, et rde D. philipp condemnavit aliquos, sed q detestabile contra tales delinquentes nō fuit facta executio condemnationis: quod e d domino thomeo d pulcinico:

Sup. xvij. dix ignorare q aliq occupet pecunias ipsitiuu seu quartesiorum spectantium capitulo sed bn verum est q fere omnes officiales preteriti a xx. annis citra sunt debitores capituli predicti, quia nō reddiderunt suas rones d offitijs administratis, ex quo sequitur maximu inconveniens et iactura illis deservientibus ecclie qui nō possunt p tunc modu hre iuste mercedis stipendia: et hoc p ex defectu et negligentia dicti capituli et psidentis eius hoc est domini decani seu antedecani, qui nō compellunt offitiales predictos ad faciendum rones prout tenentur.

Sup. xviij. dix q quantum s videtur satis modeste vivunt et incedunt a clericis in habitu et tonsura nō multu indecenti secundum solitudine aquileie.

Sup. xix. dix q a bono tpre citra nō audivit q fuit commissa aliqua rixa a clericis, nisi a domino thomeo d pulcinico & ricardo d strasoldo ex una, & Jacobo d bellunijs Andrea d cividat. & antonio d cutigna mansionarijs ex alia, qui superioribus annis se rixam commiserunt inter se: & de pulcinico intelexit q dominus Vincianus d soldonerijs cum dco D. Rizardo ex una & D. Alouisio d lhunijs. D. Vincentio veneto & ipo Jacobo d bellunijs ex altera, cum nonnullis laycis simul rixati sunt de nocte post cenam tarde

In platea aquileie sive palacio

~~Sup. xx. capio~~ et credit q isti habeant odiu inter se, quia nō possunt quiete vivere:

Sup. xx. dix q omnes capitulares tpre quo celebratur capitulum modeste et quiete se hnt in ipo celebrando & in pertractandis negotijs maturitate fuunt pterq D. Vincian & D. Thomeus d pulcinico, qui sepe ceteris insurgunt: et videri nolunt ceteris sapientiores & omniu rerum moderatores, adeo q multu inquiete se hnt, et ceteros gerentes pturbant et scandalizant: maxime aut dominum Vincianum:

Sup. xxj. dix nō hre noticia de contentis in capitulo:

Sup. xxij. dix d vera scia nihil scire q aliqui incedat armati ut in capitulo:

Sup. xxiij. dix & Judicio suo nō servantur statuta vetera neo nova:

Dicto die ~~iii~~ iiii° Januarii:
feria 4 octava de pac.

Examinatio R. Domini ~~Butti~~ de palmulis Canonici Aquileien a praefato Rev. D. Visitatore
atra tamen juramentum:

Sup primo capitulo dix sup prima parte, s. quod regitur chorum quo ad antiquam ... tempore residentie tempore non estivo quo non fit residentia credit quod non bene regatur. Quo ad secundam partem si omnes conveniant credit quod qui volunt conveniunt et quod aliqui non perseverant usque in fine: quo aut ad tertiam partem si negligentes credit quod puniantur si officium suum ... fit debitum suum:

Sup secundo capitulo dixit credere quod aliqui sic et aliqui non. et quod absentes non puniuntur in aliis horis praeterquam in vesperis:

Sup tertio capitulo, dixit quod non fiuntur conventa in capitulo:

Sup quarto capitulo, dixit credere quod non tenentur celebrare Canonici: et tamen aliqui celebrant et alii non.

Sup quinto. examinentur mansionarii:

Sup sexto similiter:

Sup 7°. dixit se referre ad institutionem altarium & capellarum:

Sup 8°. dixit se referre ad examinatores qui eos praefecerit:

Sup 9°. dixit credere quod sit secundum consuetudinem ecclesie ... observatur:

Sup 10°. dixit credere quod sit sufficiens sacrista modernus, tamen sollicite et curiose non exercet officium:

Sup 11°. dixit se referre ad computa administrationum officialium:

Sup 12°. dixit credere quod non clauduntur:

Sup 13°. dixit ignorare: quod aliquis iniuste aut occulte aliquid detineat.

Sup 14°. dixit non habere notitiam omnium legatorum sup anniversariis celebrandis. et credit quod fiat debitum secundum consuetudinem:

Sup 15. dixit quod capitulum habet multa privilegia:

Sup 16. dixit quod aliqua sic et aliqua non, in maiori parte:

Sup 17. dixit ignorare, tamen credere quod sic:

Sup 18. dixit credere quod aliqui sic et alii non:

Sup 19. dixit ignorare, nisi quatenus judicialiter constet:

Sup 20. dixit credere quod non fiant contenta in capitulo quia ... et ... multoties:

Sup 21. dixit ignorare de adulteriis: de concubinariis aut credit quod sic:

Sup 22. dixit ignorare de nocte quia non vadit illa hora:

Sup 23. dixit credere quod non:

Die ultrascripta:

Depositio Domini Laurentij de venetijs canonici aquilegien(sis) sup(er) capitulis interrogationum predictarum facta coram prefato R(everendissi)mo D. Visitatore citra iuramentum:

Sup(er) primo capitulo, dixit quod tempore hiemali chorus quoad cantandum satis competenter regit(ur) Et quod in matutinis aliqui interessunt et aliqui non. et illi qui intersunt non perseverant usque in fine: et quod absentes punctantur:

Sup(er) secundo dixit quod communiter canonici tempore residentie intersunt misse conventuali et vesperis Et aliqui non manent usque in fine nec veniunt in principio sed tantum tempore puncti currentis quo transacto multotiens et recedunt: et qui non intersunt tempore puncti ipsis officijs puniuntur in eo quod lucrari deberent pro tempore quo punctati fuerunt:

Sup(er) tertio capitulo dixit quod aliqui in ipso choro servant modestiam et silentium et aliquando non.

Sup(er) quarto capitulo dixit quod canonici tenentur celebrare missas secundum ordinem ecclesie, sed raro vel nunquam celebrant, supplent tamen vices suas per mansionarios:

Sup(er) quinto capitulo ~~dixit~~ et sexto dixit se referre ad mansionarios examinandos quia de contentis in capitulis sunt melius informati:

Sup(er) septimo, dixit se referre ad mansionarios ut supra ~~proximo~~ :

Sup(er) octavo dixit se ignorare quod aliquis mansionarius sit intrapax nisi forte Iacobus de bellunijs de quo tectum impedimentum audivit: Dixit et quod quantum ipse cognoscit omnes mansionarij sunt sufficientes ad suum officium exercendum preter quod scholasticus noviter electus et palantus:

Sup(er). 9°. dixit quod sacramenta et reliquie iudicio suo satis bene et honorifice tenentur secundum antiquam consuetudinem ecclesie:

Sup(er). x°. dixit quod modernus sacrista est insufficiens ad suum officium exercendum et illud male exercet et in reliquis contentis in capitulo deficit:

Sup(er). xi. Dixit quod ignorat quod ipse pecunie ad fabricam et ornatum deputate exponantur in aliquem malum usum: et quod ipsa fabrica et tectum etc(etera). satis bene tenentur: Dixit preterea ~~Sup~~ quod aliqui ex canonicis in suis usibus pecunias dicti ornatus converterunt:

Sup(er). xii. dixit quod ecclesia clauditur tantum nocte et cimiterium nunquam et in ipso cimiterio porci tempore equi et boves ingrediuntur :

Sup(er). xiii. dixit nescire quod aliquis detineat seu occupet pecunias spectantes ad dictum ornatum iniuste nec indebite

Sup(er). xiiii. dixit quod anniversaria mortuorum consueverunt celebrari cum una tantum missa conventuali.

Sup(er). xv. dixit quod capitulum habet multa et varia privilegia summorum pontificum et patriarcharum:

Sup(er). xvi. Dixit se credere quod delicta commissa per clericos subditos ecclesie aquilegien(sis) non puniuntur correcte nec secundum privilegia vel alias:

Sup(er). xvii. dixit quod credit quod omnes officiales preteriti capituli aquilegien(sis) qui non reddiderint suam rationem tenentur introitus de pecunijs ecclesie et aliorum:

Sup(er). xviii. dixit credere quod in loco solitudine aquilegien(sis) satis honeste vivunt clerici et in competenti habitu et tonsura incedunt:

Sup(er). xix. dixit quod inter clericos aquilegien(ses) est illa pax et quies que inter canes et catos: Et quod sit potius odium quam concordia presertim inter D. Aloisium de luuisinis et D. pirtianum de soldonerijs:

Sup(er). xx. Dixit quod in discutiendis et tractandis negotijs aliqui propter insolentiam aliquorum quodammodo dominari ceteris, minus quiete et pacifice geruntur negotia capituli et quod plerumque interdum iuniores comminiantur contra seniores sine respectu:

Sup(er). xxi. Dixit se de contentis in capitulo non plus scire quam ceteri omnes cum illi quod sunt publici concubinarij et adulteri ab omnibus publice cognoscuntur:

Sup(er). xxii. dixit ignorare quod aliqui portent arma prohibita in civitate:

Sup(er) xxiii. dixit quod statuta ecclesie aliquando servantur aliquando non:

Sup(er). xxiiii. Dixit quod residentia non servatur ab omnibus tempore hiemali, et quod multipliciter frauda(n)t(ur) ~~voluntate~~ aliquorum, et datur et conceditur non nullis a nostris canonicis contra formam iuris et statutorum, et inter alios dictam residentiam habuerunt et habent contra omnem honestatem D. Franciscus de othacio et D. ambrosius de puliciano quod nec hiemali nec estivo tempore aliquam residentiam fecerunt nec fecerunt apud ipsam ecclesiam: sed fere toto tempore steterunt extra patriam, quare petijt quod provideatur, et super hoc onerat conscientiam R(everendissi)mi D. pat(riarchae).

Iesus: Dicta die ultra... :

Examinatio Rev. pris. D. Brutij d. primiceris decretor. doctoris canonici aquileien. per Rev. D. visitatorem sup. dictis capitulis citra tamen iuramentum.

Sup. primo capitulo dixit q. chorus posset melius regi q. regitur quia sepius exigit q. non incipit offitium post exactam pulsationem campane sed prolongatur et non oes conveniunt ut debent ad principium offitij sed negligenter veniunt offitium decantes cantar. Item sunt aliqui qui intrat chorum ad primam in orones ne puntent et illico exeunt finita orone et hij puntentur dixit ignor. De offo matutino dixit nihil scire quia ipe non venit et toto tatur non lucrari pro tali hora:

Sup. secundo dixit q. domini canonici veniunt ad horas quemadmodum eis placet. s. ad primam terciam sextam nonam et completorium q. ad eas non venit lucrari nec puntant in ceteris horis nisi venerint et perseveraverint usq. in finem debent puntari nescit tamen si fit:

Sup. tercio capitulo dixit q. non servantur contenta in capitulo quasi a nemine:

Sup. quarto capitulo dixit q. canonici constituti in presbiterio tenentur celebrare suas ebdomodas sm turnum, tamen ex ritu et consuetudine introductum est q. per mansionarios supplent vices suas et debitum:

Sup. quinto dixit q. mansionarij in celebrandis missis per totum annum multotiens deficiunt et propter hoc capitulum commisit ipi. D. Brutio et D. Franco .... ut ponerent ordinem debitum et facerent tabulam quam fecerunt, ut oes habeant debitum suum:

Sup. sexto dixit q. refert se ad dictum mansionariorum qui sunt informati de facto proprio:

Sup. septimo dixit q. omnes q. habent capellas sunt descripti in tabula quam fecerunt cum obligatione celebrandi tot missas in ebdomoda ut in ea ad quam se refert:

Sup. octavo dixit se referre ad examinationem eorum q. fieri poterit per Rev. D. visitatorem.

Sup. IX. dixit q. per ea que apparent foris satis bene facienda et reliquie tenent, et q. de faciendis est oneratus plebanus ecclesie:

Sup. X. dixit providendum debere de sacrista: et q. modernus non potest vacare duobus offitijs

Sup. XI. dixit referre ad notitiam quam habet de omnibus ipe Rev. D. Gubr. qui suo disponent non ignorat: Item dixit q. fabrica et tectum ecclesie sufficienter tenentur reparata et q. pecunie ornatus disponunt ad libitum ab aliquibus in proprijs usibus ~~q. convenient~~ et aliter q. conveniat et male q. videat:

Sup. XII. dixit q. ecclesia non clauditur nisi nocte si bene novit. Cimiterium non munitum quod est maxima verecundia et di offensa, quia die noctuque in ipo cimiterio gregem porcorum et aliorum animalium dormiunt et ova fedunt:

Sup. XIII. dixit q. pecunie ornatus sunt in manibus multorum de quibus plenam notitiam habet et habet Rev. D. visitator, et qui preter consilium illas detinent non sine incomodo eorum aquil. occurrat quod opportunum.

Sup. XIIII. dixit q. qui celebratur missa conventualis tum prefuncti. et q. pigreat intervenientur ad celebrationem plurium missarum: consuetudo tamen est de missa conventuali

Sup. XV. dixit q. hoc capitulum pulchra privilegia et a summis pontificibus et a patriarchis per quo ipi capitulo commessa est facultas tamen criminalibus q. incumbis, et q. in utroq. casu negligenter utuntur ipsis privilegiis in puniendis delictis et iustitia ministrando:

Sup. XVI. dixit q. delicta comissa a clericis fuerunt neglecta a capitulo pro maiori parte et donata propinquitate ut ~~...~~ ita deponit: et optime faciet Rev. D. visitator providendo.

Sup. XVII. dixit q. statutus Rev. D. visitator est optime informatus per ea q. eorum de clerico dicta et allata fuerunt, si aliqui sunt q. occuper pecunias spectantes capitulo et clerus:

Sup. XVIII. dixit q. de notorijs non est opus dare informatione. De occultis non dixit ignorare si aliqui inonesti vivunt.

Sup. XIX. dixit q. maiori parte canonici et alij clerici pacifice vivunt. licet interdum aliqua altercatio verborum fiat inter eos prout fit aliis. Et q. ignorat q. sit inter eos aliquod odium preterquam inter dominos ... Tortisilum ... pincianum:

Sup. xx. Dix. q interdum in cap.lo et in agendis negotijs servatur debitus modus et gravitas, interdum aut delirant et tumultuantur ad invicem:

Sup. xxi. Dix. de notorijs non oportere ipm instruere R.do D. visitatorem qui est optime informatus: De alijs non non habere aliam notitiam quia sunt secreti et non qrit que ad eum non ptinent:

Sup. xxii. Dix. se nescire q̄ non vadit de nocte:

Sup. xxiii. Dix. q statuta nec vetera nec nova servant:

Sup. xxiiii. Dix. q residentia datur et conceditur multis et sepius q̄ ptenda fatetur, et res vadit ad complacentiam: Provideatur quia hinc procedit inconvenientes:

Die quinta Januarij. 1484.

Examinatio venerandi. D. Antonij de susanis canonici aquileien. facta p. p.fatum R. dominum visitatorem absq tamen juramento.

Sup primo dix. q chorus ecclie aquileien satis bene regitur in cantu. et q ipse raro vadit ad matutinum. et credit q alij sic faciunt sed quando vadit pseverat usq in fine. alij vero credit q p maiori parte non pseverant usq in finem: Item dix. q negligentes et absentes deberent punctari, credit tamen q non punctent ex defectu canonicorum sibi invicem pstantium auxilium:

Sup secundo dix q ipse et alij canonici interdum accedunt ad alias horas et manent usq in fine interdum interdum non. et q negligentes et absentes non punctantur preterq in missis et vesperis, et punctati perdunt redditum illius hore:

Sup tertio dix q aliquando ab aliquibus canonicis et mansionarijs servatur in choro cum modestia et silentio et aliqui non: et q in hoc fere omnes interdum peccat:

Sup quarto dix q dictus decanus celebrare tenetur in solemnibus diebus sed non in dominicis, et q quando ipse celebrat duo alij cano.ci tenentur sibi deservire ad evangelium et epistulam. et q in hoc. D. Decan.s satis bene facit debitum suum: Item dix. dnos

Sup canonicos teneri ad suas ebdomodas, sed illas supplent p mansionarios p debita mercede:

Sup quinto & sexto ac septimo dix se referre ad examinationem mansionariorum qui de rebus eis spectantibus sunt melius informati: Dix tamen q judicio suo aliqui ex mansionarijs non faciunt debitum suum supradicentes et ipsis capitlis et alijs ad que sunt obligati:

Sup. octavo dix q aliqui ex mansionarijs quantum ipse cognoscit non sunt sufficientes ad suum officium quia ignorant artem (inter quos pnt est pallavidis qui et ut accepit) est spurius et ppea incapax sine dispensatione: Dix q̄ q Jacobus de Bellunis est spurius tamen dix, ut audivit q habet dispensationem.

Sup nono dix q quantum ipse cognoscit sacramenta et sanctorum reliquie decenti modo tenentur et q in ecclia aquileien plebanus habet curam sacramentorum: Tamen plebanus nihil habet aliud agere in ecclia quia titulus eius est extra ecclesiam ut a senioribus audivit:

Sup. x.o dix q modernus sacrista in nullo q̄ tunc ipse cognoscit facit debitum suum. et q negligenter se habet ad omnia, et cuncta male p eum gubernantur, et multi defectus pp̄ eum in ecclia patiuntur: Quare ipse D. Anto.s petit provideri de alio sacrista bono et sufficienti et q et declaret in reformatione ecclie facienda p capitula ad que sit obligatus sacrista et siquid habet accipere de oblationibus altarium et cereis tpre maioris ebdomode et alijs tporibus, quia circa hoc sacriste consueverunt committere fraudes et rapinas: & alias meminit q inter camerarium et sacristam fuit scandalum: pp huiusmodi.

Sup. xj. capitulo dixit quod multoties pecunie ad ornatum et fabricam deputate, sed aliquibus exponuntur in prophanis usibus et aliter quam statuta postulet: tamen credit quod illi
tales qui exposuerunt restituant factis suis rationibus in morte saltem quanto ad
te restitutione, prout fuit olim dominus Franciscus de Fonteboно qui remansit debitor tamen in bona summa de qua recuperanda est exigua spes: Cupit ipse D. Antonius
ut in reformatione facienda nemo possit esse camerarius de cetero, qui non dederit idoneam et sufficientem fideiussionem de restituendo omni eo et toto quod habuit in manibus et hoc pro indemnitate ecclesie: Dixit ulterius quod ipsa fabrica et tecta tenentur
bene reparata:

Sup. xij. capitulo dixit quod ecclesia raro clauditur nisi de nocte, et quod superioribus diebus ipse D. Antonius
reperit plures porcos in ecclesia: Cimiterium non numquam clauditur et quod propterea sues capre
equi canes et alia animalia ingrediuntur et egrediuntur et manent super cimiterio. Et quod
detestabilius est sunt aliqui canonici, quorum famuli ducunt bestias suas aquatum
per cimiterium: Item dixit audivisse quod sues et canes aliquando exhumaverunt corpora in ipso
cimiterio sepulta:

Sup. xiij. dixit aliud nescire nisi ut deposuit in xj.

Sup. xiiij. dixit quod ipse ignorat si capitulum est obligatum celebrari facere plures missas quam unam conventualem, et quod ipsa missa conventualis tamen semper celebratur statutis diebus prout ipse vidit observari postquam est canonicus ipsius ecclesie.

Sup. xv. dixit quod capitulum habet plura et pulcherrima privilegia papalia imperialia et patriarchalia
per que habet dominicalem iurisdictionem civilem et criminalem tam in clericos quam in laycos subditos:

Sup. xvj. dixit quod postquam ipse D. Antonius est canonicus non novit quod numquam aliquod delictum fuit punitum
et quod circa hoc male utuntur ipsis privilegiis: Item dixit, quod est summe detestandum, quod in beneficiis capituli sunt presbiteri magis inhonesti et scelerati quam in ceteris locis patrie et quod nulla
datur correctio: Quare petiit provideri si capitulum noluit per officium patriarchale, ita quod iustitia
habeat locum suum:

Sup. xvij. Dixit quod D. visitator inquirat et provideat quod rationes officialium concludantur et
reperiet habentes et non habentes pecunias spectantes capitulo et clericis:

Sup. xviij. Dixit quod est manifestum et notorium D. visitatori quo et quali honesto vivatur et incedatur:

Sup. xix. Dixit quod nulla est inter nostros pax aut quies, nec est charitas et inter aliquos
est magnum odium ut ipse Rev. D. visitator novit:

Sup. xx. Dixit quod raro vel numquam in capitulo domini capitulares modeste se habent, sed multoties
iurgantur ad invicem, et convicia exercent inter se: ita quod est maxima verecundia.

Sup. xxj. Dixit quod Rev. D. visitator est sapiens et novit omnia ita bene ut ipse, et non
indigere alia informatione:

Sup. xxij. Dixit quod ipse non audivit de nocte et propterea ignorat si aliqui incedunt armati, de in
sedentibus non dicit. Dixit quod ipse non habet maiorem notitiam quam ceteri omnes:

Sup. xxiij. Dixit quod iudicio suo nec vetera nec nova servantur statuta:

Sup. xxiiij. dixit quod circa dandam residentiam absentibus est maxima corruptela et abusio, quia
multis absentibus data est et datur quotidie in casibus non permissis a iure nec iuxta formam statutorum et domini canonici consueverunt quasi ius et fas de dicta residentia sibi invicem disponere pro libito voluntatis: Ex quo multa inconvenientia sequuntur: Quare idem D. Antonius
supplicat quod prelatus Rev. D. visitator opportune provideat circa hoc, ne talis residentia in
futurum ita indebite ab omnibus concedatur et requiratur: Item dixit idem D. Antonius
quod ponatur modus et regula ita quod de cetero fraudes aliquo commitri non possint quod scrutatores et
punctatores debeant de xv diebus in xv diebus portare in capitulo libros suos punctarie
et facere collationem ad invicem de punctaturis, ut cognosci possit si hi hoc faciunt officium suum
prout est et fieri debet iuxta formam statuti: Similiter dixit esse summe necessarium fieri provisionem et
reformationem quod in posterum domini sindici procuratores et alii habentes a capitulo provisionem, non possint
in aliquo casu et causa contra aliquem canonicum et clericum de gremio ecclesie advocare pro alio, licentia ipse
concurre super aliqua re canonicatus suo prebende vel iurisdictionis dicti capituli sive ipsorum beneficiatorum
absque commissione et licentia prelati capituli sub pena privationis sindicatus et procurationis: Item dixit

ope primum esse promo de ynuentu ecclesie providere, quod deincepts futuri vicedomini et scolastici non possint sine vocatione et presentia omnium residentium dominorum aliorum canonicorum vel mansionariorum licentiam exigendi et percipiendi pecunias aliquas debitas eorum offitijs sub aliqua gravi pena, et hoc ut possit fieri inter omnes equalis divisio emolumentorum:

Similiter dixit quod pro utilitate et comodo clericorum ecclesie dominus scolasticus pro tempore teneatur et obligatus sit docere volentes discere in gramaticam et cantum per formam statuti super hoc editi:

Preterea dixit esse summopere expediens pro commodo et utilitate prefati venerandi capituli quod fiat una constitutio quod in futurum omnis prebenda et si fuerit domini decani sive vicarii cuiuscumque canonici aut mansionarij dicte ecclesie que per mortem dumtaxat vacavit pro primo anno applicetur capitulo et lucretur per integrum annum in omnibus si fuerit prebenda decani canonicorum aut vicariorum, si vero fuerit prebenda alicuius mansionarij lucretur tantum prebenda de extra sive de lucro et emolumentis provenientibus ex ipsis prebendis sic vacantibus emant aliqua immobilia sive annuas rensiones certorum introituum, et cum eis fiat et celebretur anniversarium eorum quorum fuerunt dicte prebende debitis et congruis temporibus: Et postmodum bone confirmatio apostolica superinde —

Insuper dixit expediens fore ut detur aliquis ordo et modus campanarijs deputatis et deputandis in ipsa ecclesia et specifice declarentur eorum onera ad que sunt obligati tam in pulsandis campanis quam in alijs circa ecclesiam exercendis, quoniam sepius se excusant et dicunt non obligari ad ea que eis precipiuntur: etc.

Denique idem dominus Antonius dixit quod committitur magnus error a canonicis et alijs quia non servant statuta et se excusant quod illa ignorant, et ideo petit super hoc provideri et reformationem fieri quod quolibet anno in futurum per cancellarium capituli semel in principio residentie et semel in fine legi debeant in pleno capitulo omnia et singula statuta et reformationes prefate ecclesie ad tollendam omnium ignorantiam et pro maiori observantia ipsorum.

Die ultrascripto quinta Januarij

Depositio Domini Nicolai loch Canonici Aquileien facta sup capitulis visitationis coram prefato R.mo domino visitatore absq tamen juramento:

Super primo capitulo dixit q chorus tempore quo faciebat residentiam bene regebatur, nunc non credit q non sit, Item dixit q canonici aliqui et aliqui vadunt ad matutinum et q non vadunt puntantur:

Sup secundo dixit q domini canonici raro vel nunquam vadunt ad horas canonicas, vz. ad primam, 3am 6am 9am et completorium quia in ipsis non currit lucrum, sed bene vadunt ad missam et vesperas q lucrantur sed pauci perseverant usq in finem et tamen non puntantur si ad missam sunt post evangelium, et ad vesperas ad secundum psalmum, licet recedant ante finem: Item dixit q omnibus horis quibus currit lucrum puntant in cursu lucri aliis non horis nihil lucrantur:

Sup tertio, dixit q domini canonici et mansionarij stantes in choro pro maiori parte ad invicem confabulantur et non stant cum silentio et debita reverentia, et quod peius est diebus festivis aliqui ex canonicis et vicariis ac clericis stant sup fenestras chori absq aliqua devotione confabulando simul, ridendo et alia minora faciendo:

Sup quarto, dixit domini Canonici tenentur celebrare suas ebdomodas et deservire misse in eo ordine in quo sunt, et aliqui faciunt debitum suum et aliqui non, in quibus non faciunt supplent vices suas per mansionarios:

Sup quinto dixit q judicio suo pauci sunt ex mansionariis q faciant debitum pserti in dicendis missis capellarum, et tempore congruo:

Sup sexto dixit q pauci resident estivo tempore et interdum unus tantum sunt audiunt dicit officium in ecclesia et non cantatur ab eis officium horarum pro illo tempore sed tamen missa conventualis diebus festivis:

Sup septimo dixit q refert se pro informatione contentorum in capitulo ad ipsos mansionarios

Sup octavo dixit q sunt aliqui ex mansionariis qui non sunt sufficientes ad officium suum q non sciunt bene cantare nec bene legere: q aliqui non sint incapaces dixit ignorare:

Sup 9no dixit q sacrista et reliquie satis sufficienter et honorifice tenentur:

Sup 10o dixit non habere notitia de domini sacrista, et si facit debitum suum vel non, et si est sufficiens vel non

Sup 11o dixit verum esse q aliquis ex camerariis et pelinie pecunias quas in sanctuario ponere debebant non retinuerunt: Sed restitutae tenent: et credit q aliqui ex eis dictas pecunias exposuerunt in proprios usus: sunt tamen sufficientes ad restituendum: et tectum et fabrica sunt grave

Dixit sup 12o q ecclesia clauditur cimiterium vero non, posset tamen bene claudi. bene reparata:

Sup 13o dixit ut deposuit in 11o

Sup 14o dixit q in ipsis anniversariis consuevit dici nisi missa conventualis, et nescit q canonici aliter obiecerunt:

Sup 15o dixit q capitulum habet plura privilegia digna papalia imperialia et patriarchalia sup jurisdictione civili et criminali et spirituali et temporali:

Sup 16o dixit ignorare contenta in capitulo.

Sup 17o dixit ignorare q aliqui occupet pecunias ut in capitulo q non residet, sed bene scit q a vicedominatu d. antonij et susanis circa nullus ostendens constituit suas rationes nec ipso d. antonio ut credit:

Sup 18o dixit q secundum aquileiam incedunt et vivunt honeste.

Sup 19o Dixit q judicio suo canonici et clerici aquileien non quiete et pacifice vivunt quia plurimae oriuntur inter se. et credit q tales rixantes se mutuo odiant:

Sup 20o dixit q capitulares aquileien in capitulo sepius congregatis sibi ad invicem inveniuntur et ea que tractantur non pacifice et quiete, ut deberent illa transigunt sed cum clamore et tumultu:

Sup xxi. Dixit credere quod aliqui ex canonicis et mansionarijs habeant nisi [illegible] non omnes
[illegible] et suspectas sed ignorare an teneant eas ad commodos usus [illegible]:
Sup xxii. Dixit nihil scire:
Sup xxiii. Dixit quod statuta servantur tali qualiter:
Sup xxiiii. Dixit quod circa ipsam residentiam est magna abusio et quod multotiens acceptatur et utitur a multis contra formam statutorum, quia stabant [illegible] extra patriam
et aliquando in patria et non faciunt residentiam in ecclesia et per mensem et modo
integre lucrantur et percipiunt: quales sunt in presentiarum Domini Ambrosius et [illegible]
meus de [illegible] etc.:

Die .vi. Januarij 1484.

Examinatio Domini Primi [illegible] canonici [illegible] facta de commissione prefati Rev.
Domini visitatoris: super capitulis visitationis:

Sup primo dixit quod secundum quiditatem [illegible] in alijs locis satis bene regitur chorus etc. Atque in cantando officium, et minus male quam in alijs locis ubi est maior populi frequentia. Item dixit
Sup non posse dicere in veritate si omnes canonici vadunt ad matutinum quia ipse non vadit: et
dixit quod punctator tenetur punctare non euntes, tamen nescit si punctat. Dixit preterea
quod punctator tenetur portare in capitulo singulis xv. diebus librum punctarie et non facit
et tabulam in choro continue ponere, ut cognoscant de ijs qui sunt excusati et non; ad colligendas
[illegible] que commicti consueverunt: et in hoc etiam dictus punctator deficit:
Sup secundo dixit quod communiter omnes canonici residentes vadunt ad missam conventualem et
vesperos, et non accedentes punctantur et amittunt secundum cursum, dixit tamen quod alia non perseveraverunt usque in finem propter negotia que occurrerunt secundum locum:
Sup tertio dixit verum esse quod in choro non statur cum silentio multotiens et non fiunt debita [illegible],
que requiritur in tali loco, nihilominus dixit quod circa hoc non fit peius [illegible] quam alibi ubi ipse fuit et forte minus malum:
Sup quarto dixit se ignorare de consuetudine seu obligatione et refert se ad statuta:
Sup quinto sexto et septimo dixit referre se ad ea que dixerint mansionarij super contentis in capitulis, quia eos tangunt illa; credit tamen quod non faciunt debitum suum, et ex hac
potissima causa: quia non datur eis merces a choris ut fieri deberet:
Sup octavo dixit quod remittit se ad examinationem superioris si dicti mansionarij sint capaces
et sufficientes, et quod facit conscientiam prefato Rev. D. visitatori quod in nostra ecclesia
permittatur quod filius sit mansionarius ubi pater est canonicus, quia re publice omnes cum
cum detestatione loquuntur, cum sit contra honestatem, et honorem superioris:
Sup nono dixit quod [illegible] suo [illegible] et reliquie tenentur cum bona reverentia et honorificentia, sed bene verum est quod ipse pluries proposuit in capitulo ut fieret inventarium de rebus
preciosis que tenentur in tabernaculo Beate virginis et de alijs que sunt extra: et providerentur
quod reponerent in loco tuto propter casus qui possent de facili contingere, et nulla hactenus facta
fuit provisio in premissis:
Sup x°. Dixit ignorare de sufficientia sacriste et si debitum suum facit circa suum officium; quia cum
ipse non sit in sacris non advertit ad illud: et refert se ad alios in sacris constitutos qui
sacrarium frequentant:
Sup xi. dixit quod ipse est novus residens in ecclesia [illegible] et quod non expertus fuit in aliquo officio et propterea
ignorat quid fiat de pecunijs [illegible]: quo ad fabricam non et tectum etc. dixit quod indiget, ut [illegible]:
Sup xii. Dixit ~~circa ad fabricam et tectum~~ quod est una magna verecundia quod cimiterium numquam clauditur, et ecclesia raro nisi nocte, ex quo sequitur maxima inconveniencia quia porci, capre
et alia animalia fere quotidie ingrediuntur et stant in ipso cimiterio, et semel ipse D. Primus vidit sues effodere iuxta sepulturas mortuorum, et paucis diebus elapsis venire vidit
in ecclesiam plures porcos tempore quo vesperas cantare debebant. Preterea fuit sibi relatum quod
anno preterito in die passionis domini vel precedenti tempore visi fuerunt iuxta sepulcrum tempore quo
ibidem adhuc tenebatur sacratissimum corpus domini. Insuper quod non minus detestandum est
dixit quod famuli quorumdam canonicorum consueverunt suos equos ducere ad aquam per dictum
cimiterium et [illegible] principaliorem fores ecclesie et super monumenta [illegible] canonicorum et
tempore quo missa conventualis celebratur et tam diebus festis quam alijs, et de hoc pluries questio
fuit in capitulo ut provideretur:

Sup. tertiodecimo dixit ignorare contenta in eo:

Sup. xiiii°. dixit quod tempore anniversariorum celebratur solum missa conventualis; si autem sunt obligati ad celebrandum plures [illegible], ignorare quia non vidit statutum, debet potius videre.

Sup. xv°. dixit audivisse capitulum habere plura privilegia sed ipse non vidit.

Sup. xvi. dixit quod post quam ipse facit residentiam non meminit factam fuisse contra aliquo querelam, super qua non fuit ministrata iustitia.

Sup. xvii. [illegible] dixit contenta in capitulo ignorare:

Sup. xviii°. quod nescit aliquem ex canonicis vel mansionariis qui non vivat bone et procedat in habitu et tonsura preterquam D. Alouisium de Luvisinis et Iacobum de Bellucijs, quem D. Alouisium ipse D. Pincianus vidit stare in quadam publica taberna Aquileie de die sedentem ad quandam mensam cum duobus poculis vini ante et cum eo erant dictus Iacobus de Bellucijs et presbiter Antonius de Ludignda mansionarij et alij de quibus non recordatur ubi etiam aderant multi alij layci inter quos erant tres tybicines canentes cum tybijs coram eo et hoc tempore maioris ebdomode anni preteriti: Similiter dixit quod in octava pasche tunc sequentis idem D. Alouisius sub palacio Aquileie in conspectu multorum, diu praeviin ibidem bibit cum omnibus publice malvaticum suis tum sumptibus: Item dixit quod prefatus D. Alouisius in diebus dominicis si bene meminit tenebat in domo sua que est prope cimiterium ecclesie Tybicines predictos qui post vesperos per bonum spatium cantarunt cum tybijs et timpano audientibus fere omnibus transeuntibus et stantibus in ecclesia et cimiterio: Similiter dixit quod ipsa ebdomoda sancta tenuit in domo sua tam de die quam de nocte idem D. Alouisius Dorotea Bonifatij de Utino publica lena cum quadam iuvencula publica meretrice eius filia: Et quandam aliam nomine Dorotheam habitantem in civitate Aust[rie] viduam turpe questum ex corpore facientem: Ulterius dixit quod in domo ipsius D. Alouisij non versantur alij homines pro maiori parte quam publici leccones ebriosi et infames, & fere continue quando ipse est Aquileie post cenam pertrahunt noctem in longum canendo ridendo et cornua pulsando, et ipse D. Pincianus est de premissis plene informatus quia habet domum contiguam cum eodem:

Presbiter vero Iacobus de Bellucijs qui est in domo prefati D. Alouisij Aquileie ut dixit ipse D. Pincianus multis noctibus vidit cum quodam Ioanne Francisco et alijs versantibus in domo dicti D. Alouisij armatus uno spelto & incedens cum [illegible] et [illegible] ut est publica fore omnibus habitatoribus Aquileie discurrendo per civitatem & insultando nunc uni modo altori: Et paucis diebus elapsis adortus fuit cum spelto magistrum Bernardinum tonsorem Aquileie habitantem in platea Aquileie, qui pedibus fuga saluti consuluit: Item dixit quod ipse D. Pincianus et de die vidit ipsum presbiterum Iacobum super platea Aquileie incedentem armatum et vestitum ut supra: Et quod fuit ipsi domino Pinciano relatum a quodam clerico quod idem presbiter Iacobus dixit ei emisse unum speltum ad interficiendum eundem D. Pincianum, quia acceperat quod eum in capitulo accusavat de quadam meretrice quam domi tenebat, licet non esset verum quod ipse D. Pincianus talia dixisset, et quod huiusmodi prefato Iacobo retulerat idem D. Alouisius:

Sup. xix°. dixit quod Canonici & clerici Aquilegienses pro maiori parte non vivunt sed dimicte nec pacifice vivunt presertim ipse D. Pincianus & D. Alouisius cum quo non potest pacem habere, quia dixit quod voluisse auferre sibi beneficia sua; et post ipsum D. Pincianum ex gratia Reverendissimi D. Cardinalis domini sui & prefati Reverendi D. Visitatoris, & verbis et literis ita facere studuit: absque ulla penitus causa et occasione sibi data talia querendi et facienda:

Sup. xx°. dixit quod capitulum Aquilegiense & capitulares quando sunt congregati vel aliqui sine ullo respectu iniuriantur et contumeliantur alijs, & per potentiam volunt [illegible] quod cupiunt et sunt causa multorum clamorum & rixarum, et utuntur verbis obrobriosis dicendo inter cetera ego habebo intentum meum velitis nolitis: et sic volo etc: et super potentia corporis.

Sup. xxi. primo dixit quod Reverendus D. visitator non indiget aliquo testimonio seu informatione cum illud sit de publicis concubinarijs et adulteris et aliter suspectas mulieres tenentibus luce meridiana clarius

Sup. xxii°. dixit sicut ut in xviii. et non aliter.

Sup. xxiii°. dixit quod iudicio suo nec vetera nec nova statuta servantur et maxime ex canonicis illa ignorant presertim ipse D. Pincianus qui plures petijt in capitulo quod volumen statutorum ponerentur in choro publico ut ab omnibus possent legi et videri et quilibet cognosceret obligationem suam et nunc

potuit habere prout petiit, et vidi ipsa statuta et sic forte tamen ipse et alii per ignorantiam peccarunt totiens contra illa: Et ulterius dixit quod pro illo non intellexit a quartesariis sancte Margarite quod D. Aloisius de Aloisiis ex se et non ex parte capituli seu officii viz. contra formam statuti absque aliqua commissione exegit ab ipsis quartesariis de quartesio presentis anni marchas vigintiocto quas detulit Aquileiam et post tres dies consignavit tantum modo [illegible] [illegible] camnis sestario capitulo marchas. xxviij. et decem dixit quod volebat per se retinere et sic retinuit licet non esset creditor. Et ulterius dixit quod iidem met quartesarii dixerunt ipsi D. Francisco hic Aquileie quod proximis diebus ipse D. Aloisius per [illegible] Andream de Paonato scripsit ad eos litteras quibus requirebat et mandabat ex parte D. Philippi vicedomini quod mitterent sibi alias marchas. x. super precio dicti quartesii, et sic ipsi quartesarii miserunt eidem D. Aloisio marchas quinque cum plures non haberent [illegible] [illegible]. Et dixit quod D. Philippus prepositus predictus negat iam D. Aloisium fecisse aliquid de sua commissione. Ideo dixit eundem D. Aloisium de anno et presenti exegisse preter sextaria [illegible] spectantia residentibus canonicis capituli ut notum est officialis et absque eorum licentia. Petiit quod dictus Dominus Vincentius dictum D. Aloisium cogi et compelli ad restituendum exacta et condemnari de sua presumptione secundum formam statuti.

Sup. xxxiij. Dixit quod secundum suam conscientiam dicta residentia sepius datur multis iniuste et indebite. Et multotiens datur aliquibus pro faciendis negociis capituli qui minime [illegible] faciunt sed negociantur in propriis, et ulterius dixit quod sepenumero quando datur talis residentia non vocant omnes residentes in civitate sed alio quo libet concedunt quibus volunt non convocato capitulo in loco debito sed sub arboribus et aliis per angulos: Quare petiit opportune provideri:

Die ultrasto

Examinatio Domini Iacobi de Belgrado canonici Aquileien. super capitulis visitationis de commissione prefati R. D. visitatoris absque tamen iuramento:

Sup primo dixit quod chorus indiget suo iure non bene regitur quia in pluribus deficit in ratione nus non sunt capit. Et quod pauci canonici vadunt ad matutinum et quando vadunt non perseverant usque in fine. De mansionariis vero dixit quod non omnes vadunt ad matutinum sed illi qui vadunt satis bene deserviunt. Et quod absentes punctari deberent, si vero punctantur dixit nescire quia non vidit librum punctature:

Sup secundo dixit quod canonici raro vadunt ad horas videlicet primam tertiam sextam et nonam et completorium et hoc quia non est [illegible]. nec punctantur in ipsis horis preterquam in missa si non sunt presentes epistole in vesperis si non interest in secundo psalmo: et quod punctant absentes sicut punctari deberent absentes in [illegible] quod currit: et accidit quod multotiens multi se excusant indebite quando volunt abesse:

Sup tertio dixit quod aliqui ex canonicis in choro tempore divinorum officiorum ad invicem confabulantur videlicet et stant super fenestris chori respicientes per ecclesiam cum exigua reverentia dei et [illegible]:

Sup Quarto Dixit quod domini Decanus et Canonici tenentur celebrare suas ebdomodas secundum ordinem tabule, sed verum est quod illas consueverunt celebrare per mansionarios qui faciunt debitum: et raro ipsimet domini Canonici celebrant:

Sup. v. Dixit credo quod mansionarii non faciant debitum suum circa contenta in capitulo:

Sup. vj. dixit quod pauci mansionarii et [illegible] tempore resident. et quantum potuit comprehendere ecclesia magna de ipso tempore patitur defectum quia interdum unus et interdum duo faciunt [illegible]. Festis autem diebus cantatur missa prout ipse audivit dici:

Sup vij. dixit nescire quot missas mansionarii sint obligati in ebdomada in suis capellis celebrare: Credit tamen quod non faciant debitum suum prout audivit ab eis:

Sup. viij. Dixit quod aliqui ex ipsis mansionariis sunt sufficientes et alii non. De capacitate vero dixit quod iudicio suo omnes sunt capaces nisi forte magister Guilielmus et presbyter Iacobus de Belgrado qui tamen ut accepit habet dispensationem:

Sup. ix. Dixit quod super contentis in capitulo fit debitum.

Sup. x. Dixit quod modernus esset sufficiens si vellet sed negligenter se habet in [illegible]. Dixit tamen quod paramenta et vasa argentea tenet satis munda et custodita:

Sup. xj. Dixit pecunias fabrice et ornatus non semper exponi in usum debitum quia sepe
consumuntur et remanent in manibus camerariorum, nec ponuntur in sanctuario ut fieri
deberet: Tamen ipsi camerarij de suis faciunt se debitores quando reddunt rationes, et propterea
ecclesia in luminaria seu reparatione fabrice et alijs impensis minutis que occurrunt
in ecclesia non patitur defectum: sed dixit tamen quod si pecunie debito tempore temporibus reponerentur
in sanctuario et haberentur in promptu posset fieri maior ornatus ecclesie ultra:
Item dixit quod fabrica et tectum satis bene reparata, et ipse tamquam camerarius uno anno
reparari fecit. Ulterius dixit credere quod pecunie ipsius ornatus aliquando aliqui in privatis
usibus convertunt: Tamen propterea ecclesia non amittit quia postea restituunt:
Sup. xij. Dixit cimiterium nunquam claudi et animalia quoque ut ita dixerit ingrediuntur
et pascuntur super eo:
Sup. xiij. Dixit nescire nisi ut in xj. dixit: quia non credit quod aliqui occulte detineant
ipsas pecunias:
Sup. xiiij. dixit ignorare de alia obligatione in celebrandi anniversarijs mortuorum
nisi post mortem obitum quorumdam canonicus in quibus consuevit celebrari missa cum convocatis
et dici officio in vesperis et matutinis: qui celebrantur per defunctis qui fuit
Sup. xv. Dixit capitulum habere plura privilegia que contentantur videri per Rev. D.
visitatorem quorum in eo est:
Sup. xvj. Dixit quod non ministrat ... aliqua iustitia contra clericos delictos capitulo et eius ...
delinquentes quod est multum detestabile et sibi maxime displicet:
Sup. xvij. Dixit credere quod sunt multe et magne pecunie in manibus officialium preteritorum qui
rationes suas non reddiderunt:
Sup. xviij. Dixit credere quod aliqui canonici et mansionarij honeste: Et aliqui inhoneste vivunt:
De habitu vero et tonsura dixit quod incedit interdum prout requirit aquileie solitudo
Sup. xix. dixit se vidisse interdum aliquos canonicos in capitulo et extra simul verbis iniuriosis se invicem
et potius inde ad paucos dies satis verba simul fecerunt: Scit tamen inter ipsos esse
capitulo non omnes sed aliquos esse et vigere magna partialitate que est causa potius odij quam
amoris: #

Et dixit plurimum dolere quod
ex huiusmodi maledicta factione
que plurimum mentes hominum
distrahit ad mala, per D. Jacobum
odio habetur a multis capitularibus non
ob aliam causam nisi quia ipse est contrarie
opinionis in eis in aliquibus rebus
quas sepius in capitulo proponunt in dampnum
utilitatem et ... a quibus ...
totaliter dependet interes et conservationem
capituli et dignitate ecclesie.
Atque propterea ipse D. Jacobus pro bono
statu capituli et ecclesie et ex debito
proprie conscientie obsistit: Quorum
tres sunt D. Bernardinus ..., et Jo.
Anto. ... et Aloisius
...:

Sup. xx. Dixit quod aliquando in capitulo inter capitulares oriuntur ... iurgatorie sed pro maiori parte temporis res quiete transiguntur: et si quod disturbium est oritur a partialitate:
Sup. xxj. Dixit credere quod sunt aliqui ex canonicis et mansionarius advocates malo ...
Sup. xxij. Dixit ignorare quod aliqui ex canonicis | Cum ex maiori parte noti sunt D. visitatori
et clericis aquileiensibus detulerint arma in nocte quia non consuevit exire domum post
sonum Ave Maria: De die non vidit interdum D. Rizardum de strasoldo et presbyterum Jacobum
de belluzijs deferre pugiones sub vestibus, ex quadam eorum consuetudine et non ex malignitate
ut credit:
Sup. xxiij. Dixit ignorare si statuta servantur quia illa non vidit nec videre potuit:
Sup. xxiiij. Dixit quod licentia datur multis et sepius indebite: Et in hoc servatur
corruptelam potius quam ius, quod est male factum:

Examinatio D. Rizardi de Strasoldo vicarij Ill.mi Comitis goritie in ecclesia Aquileien. facta
de commissione R.mi Ex. D. visitatoris sup dictis capitulis citatamente [illegible]:

Sup primo dixit q chorus optime regitur in divinis officijs maxime tpe residentie, sicut oms vadit
ad offm matutini dixit ignorare quia ipse no vadit quia no e bene sanus. Dixit nihilo q punctari
debent no euntes et punctatores dicit inveniretur faciendi debitu suu:

Sup secundo dixit q ipe vadit ad alias horas et ignorat usq in fine et si interdu discedit vadit cu
licentia et exitura: item dixit de alijs q aliqui vadunt et aliqui no. Et qui no faciunt debitu
punctari debent, sed tm in missa vesperis et anniversarijs punctari solitum vero currens
p ea hora qua punctantur:

Sup tertio dixit q ipe fuit in pluribus et diversis choris et Rome venetijs et alibi et p quae vidit
in choro eccliae Aquileien. cum maiori reverentia et silentio q in alijs locis:

Sup quarto dixit non intellige de obligation commissa ad missas celebrandas:

Sup quinto sexto et septimo dixit ignorare contenta in capitulis quia ipe no e mansionarius.

Sup octavo dixit q quantu ipe cognoscit oms mansionarij Aquileien. sunt capaces et tollerabiles in
suo offo, excepto Jacobo de Bellunis qui ignorat etiam legere et multis vitijs et sceleritatibus
corruptus, frequentat n. videntibus cunctis tabernas et ibi cum viris laycales et inhonestas tractat:
et tripudiat in ritu moresico qn e vino madidus, et ultra hoc sepe et die preterit in habitu brevi
et no conveniente, et ut ipe D. Rizardus sepe vidit stans sup portam domus sue ipm Jacobu
de nocte transeuntem cum spelto in humeris tanq satelles Dyaboli et no vident quis cum contrario e cu lay-
cis dissolutis et hominibus male conditionis et vite: Accedit et ad premissa q ipe p. Jacobus habet
ppriu canonicatu in eadem eccl.a ubi ipe e mansionarius et no videt hiredicaù aut honestu q filius sit
buferiatis sub eodem tecto cu patre, quod e et minus tollerabile in hac s. eccliae Aquileien cum procedet in
tuis dominis platis dignitatibus q in alijs et minus dignis eccliis: Dixerat etiam ulterius q ipe p. Jacobus
e multu scandalosus et risorosus, sepe et qn e et vino cum aliis vult bellu committere et sepe uno
ppriu parenti insultum fecit cu armis: et semel agredi voluit D. Decanu Aquileien ut eu interficeret:

Sup IX. dixit q sacramenta et reliquie ecclie sm iudiciu suu sunt debite in luminaribus et alijs.

Sup X. dixit ignorare contenta in capitulo quia ipe non intrat sacristiam nec videtur quo sacrista e bene i offo:

Sup XI. dixit q cura eu no spectat considerare et intelligere quo pecunie ornatus exponatur quia no hi voce in capitulo
ppterea no intelligit si ipe pecunie debite exponuntur vel indebite; et q fabrica bn gubernatur:

Sup XII dixit q cimiteriu no clauditur et p hoc sequitur q porci et alia bestialia ingrediuntur et
deturpant omnia et et sunt aliqui q absq ullo respectu et reverentia continue transeunt
cu suis equis et animalibus et utuntur semita cimiterij quasi publica:

Sup XIII. dixit ignorare q aliquis occulte et iniuste detineat pecunias ornatus; sunt tn bn aliq camo-
rarij q hnt pecunias istius et illas no negant:

Sup XIIII. dixit q centu anniversaria mortuorum celebrent in ecclia Aq. cu vesperis matutino et mis-
sa conventuali, nec apparet de alia obligation ut continetur in libro capitulari, et circa ipa anniversaria
fit semp debitum et oms sere die celebrant si aliud festu no occurrat: anniversariu no dicitur
D. Leonardi de Tomanellis celebratur cum pluribus missis sm voluntate testatoris et fundi

Sup XV. et XVI. dixit contenta in eis ignorare:

Sup XVII. dixit q iudicio suo oms officiales preteriti qui no reddiderunt rationes tenent pecunias [illegible]
et etiam aliqui alij qui fuerunt officiales tenent pecunias de annis de quibus no fuerunt officiales:

Sup XVIII. dixit q quo ad habitu et tonsura satis bn proceditur: De honestate no vite dixit se remittere
ad iudiciu R.mi D. visitatoris q bn novit viventes honeste et inhoneste:

Sup XIX. dixit q no ab omnibus pacifice vivitur et si aliquod e inter eos notu e R.mo D. visitatori:

Sup XX. dixit ignorare contenta in capitulo quia ipe no e de capitularibus, et domini canonici quando
intrant capitulum claudunt hostium sup se:

Sup XXI. dixit q nulliores canonicorum et aliorum dictorum sunt suspecte quia no suspecte sunt noto pfato
R.mo D. visitatori, et si no oms potest eos videre et se informare:

Sup XXII. dixit nescire aliud q dixerit in octavo capitulo:

Sup XXIII. dixit ignorare si inveniuntur statuta vetera et nova ecclie Aq. quia ipe illa no fu-
erunt nec vidit et credit q sint pauci capituli qui ea viderint qui retinentur reclusa
in scrinio nec ab aereis intemperie corrumpantur. Dixit tn credere q no inveniuntur, et sepius
D. Canonici statuunt unu in capitulo quod paulo post violant ad libitum:

Sup XXIIII. dixit credere q domini canonici circa residentiam dandam absentibus committant mul-
tos errores et diversimod peccent: quia sepius dant residenciam no merentibus et dicentibus
vere p negotijs capituli licet no vadant: et si vadunt p maiori parte nihil faciunt: [illegible]

Depositio ven. domini Benedicti vicarii bremis mansionarii ecclesie Aquileiensis facta per parte et consensu no- stratibus D. visitatores, sup capitis visitationis absq tamen iuramento:

Sup primo capitulo dixit, quod chorus multum bene regitur circa divina offa, secundum conuenientiam mercedum mansionariorum, que exigue. Et si aut omnes canonici vadant ad matutinum dixit ignorare quod ipse non vidit per impotentiam et qui non accedentes puniantur ut debuit.

Sup secundo dixit quod ad primam 3. 6. 9. et completorium omnes fere accedunt licet in illis horis nulla puntetur quia non licent. Ad missam non vesperos et anniversaria frequenter accedunt: et quod non accedunt puntantur et perdunt lucra quod accipere deberent intercedentes.

Sup tercio dixit quod quando in choro ab omnibus non statur cum ea reuerencia taciturnitate et modestia debita.

Sup quarto dixit contentam in capitulo ignorare, scit tamen quod canonici raro celebrant.

Sup quinto dixit ignorare.

Sup sexto dixit quod maior pars mansionariorum remanet estiuo tempore in Aquileia. In quo tempore celebrantur hore et misse conuentualis summisse voce diebus non feriatis: diebus vero festiuis cantantur. Sed non omnes presentes in ciuitate frequentant ecclesiam.

Sup septimo dixit quod omnes mansionarii hnt capellas, et quod quilibet tot missas tenet celebrare in ebdomada quot hnt capellas.

Sup octauo dixit quod iudicio suo omnes mansionarii sunt idonei et capaces.

Sup nono dixit de seruitiis quo gubernantur nihil scire: qui sunt sub gubernatione plebani: Reliquos vero dixit quod iudicio suo capitulum non tenet pro sua dignitate et merita.

Sup x dixit nihil scire quia non necessarie in sacrario.

Sup. xi. dixit quod ipse peritiae quantitatem non uit in debitum et deputatum usum exponuntur.

Sup. xii. dixit quod cimiterium non clauditur, et effectu est pascuum porcorum et via publica quam transeunt bestie trahentes currus: et alia.

. b. Sup xiii dixit quod tempore suo semper vidit celebrare anniuersaria defunctorum tum nisi festis matutinis et missa conuentuali; alia non obligatione dixit ignorare.

. a Sup. xiiii. dixit nescire aliquem qui occupet pecunias ornatus uel fabrice: sunt tamen aliqui camerarii tenentes pecunias cum in manibus quas non negant, et ille stant ad dispositione capituli.

Sup. xv. dixit capitulum hre plura priuilegia. Ex quibus utitur in subditos iurisdictione temporalem et spiritualem, et ciuilem ac criminale.

Sup. xvi. dixit quod delinquentes fuerunt puniti non secundum demerita sed pro uoluntate punientium: et alii fuerunt condemnati sed non fuerunt exacti.

Sup. xvii. dixit quod iudicio suo omnes officiales preteriti qui non reddiderunt computa sua indebite tenent pecunias et capitulo et aliis fructus circa spectantes: Et ipse D. Benedictus si fieret debitum non haret portione sua pro quinquaginta annis.

Sup. xviii. dixit quod aliqui clerici uiuunt honeste et incedunt in habitu et tonsura et aliqui non.

Sup. xviiii. dixit quod inter aliquos regnant partialitates, et propterea illi inter se pacifice non uiuunt nec mutuo se diligunt.

Sup. xx. dixit quod multotiens euenit quod fratres in celebrando capitulo et in negotiis peragendis iniuriose altercantur, et foris minus honestis utuntur.

Sup. xxi. dixit quod inter canonicos et mansionarios sunt aliqui existentes in concubinatu et adulterio, et tenentes mulieres suspectas domi.

Sup. xxii. dixit quod sunt aliqui canonici et mansionarii qui deferunt arma et in die et in nocte.

Sup. xxiii. dixit quod statuta uetera male seruant: noua uero minime.

Sup. xxiiii. dixit quod residentia datur et conceditur absentibus ad beneplacitum et non pro statuto.

Die septima Januarij 1484

Examinatio ven. pbri Antonij di ... villaro facta sup capitlis visitationis et maxime sup his que tangunt factu mansionarior. de commissione Rmi D. D. visitatoris :. absq juramento:

Sup primo dix q chorus satis bene regitur quantu pertinet ad mansionarios & q fere omnes vadunt ad divina offa nisi forte aliquis sit infirmus seu alia occupatione detentus et qui no vadunt debent puntari et puntator ht juramentu faciendi debitu suum:

Sup secundo dix q domini Canonici no vadunt ad horas in quib. no intrat nisi ad corpus Baptistum: In alijs vo horis licet qui no vadunt puntantur sm cursum illor dorp.

Sup tercio dix q in choro statur cum reverentia et silentio & interdu no: et q maxime damnandu e plures ex canonicis tpre quo celebratur missa conventualis stant sup fenestris chori respicientes in eccliaz confabulantes et ridentes in malo exemplo laycor.:

Sup quarto dix q diebus solleniib. misse conventuales st dominor. decani et canonicor. qui aliquando celebrant et aliquando no:

Sup quinto dix q nullus mansionarius ut mansionarius tenet ad celebratione alicuius misse nisi ebdomada sua et apud altare maius et q st. xvj. prebende quaru iiij.or st presbyterales, iiij.or dyaconales & alie iiij.or sbdyaconales, et quilibet mansionarius sue prebende celebrat in illo ordine in sua ebdomada: et q in hoc faciunt debitum suum in tempore residentie deputate, alio no die tempore dix q mansionarij dieb. Dominicis et festivis cantat missam, alijs vo legunt tm missam conventualem et alias horas submissa voce:

Sup sexto capitlo, dix q Mansionarij gaudent privilegio ~~contra~~ put canonici sm forma statutor., sed pauci sunt qui utantur, immo fere omnes resident in Aquileia excepto uno vel duob.; De celebratione misse et horar. dix ut supra proxime et et q pauci st partes in civitate qui no vadant ad offa saltem ad missa et vesperos:

Sup septimo dix q sunt capellas st ipe pbr Antonius, pbr Franc.s claudus, pbr Franc.o q. Joannis, pbr Julianus, pbr Albertus, pbr Jacobus de belluijs, pbr Andreas, & D. pbr Petrus Bedeganus: Item dix q ipe ht duas capellas vz. s. Ambrosij et s. Margarite: & pbr Franc.s claudus ht duas capellas s. pauli et s.ror hermogenis et fortunati: pbr Franc. Joannis ht tres vz. Canciānor., quattuor coronator., & helene & Tatiani: pbr Julianus ht capellam s. Anastasie: pbr Albertus ht capella s. hermacore et fortunati: pbr Jacobus capellam s. crucis: pbr Andreas ht altare maius: D. pbr petrus Bedeganus ht duas vz. corporis xpi & s. Thome: & quilibet ipor. tenetur celebrare missam una in qualibet capella in ebdomada, & q in omnib. capellis no fit debitum ut fieri deberet:

Sup octavo dix q postq Capitlu approbavit omnes ipe ignorat aliud dicere in contrariu:

Sup nono dix q reliquie et alia sacramenta satis honorifice tenentur, de quibus sacramentis ipe pbr Antonius ut plebanus ht cura et facit debitum suu:

Sup x. xj. xij. & xiij. no fuit examinatus qa videbat superfluu:

Sup xiiij. dix q anniversaria mortuor. celebrant cum ~~matu~~ vesperis Matutinis & missa conventuali: & in hoc fit debitu et forte melius q in alijs locis ga nunq pretermittunt:

Sup xv. xvj. & xvij. no fuit examinatus:

Sup xviij. dix q omnes incedunt in habitu clericali et tonsura: sed forte no ita magna ut deberet portari: & q satis honeste vivunt judicio suo:

Sup xix. dix q no novit aliquem qui no loquatur cum alijs et ppea ~~[illegible]~~ credit q non sit grave odiu inter clericos qui satis pacifice vivunt:

Sup xx. no fuit examinatus quia tangit canonicos:

Sup xxj. dix q omnes fere Canonici et mansionarij ut e notoriu tenent domicellas et ut credit p honestis servicijs, et ipe p. Anto. q multoties e infirmus tenet una nome Angelam nation greca etatis annor. quadraginta octo vel circa, quam tenet p necessitate sue infirmitatis, et cum ea no ht aliquod turpe ~~[illegible]~~ comercium:

Sup xxij. dix nihil scire:

Sup xxiij. dix credere q no fuerunt statuta, et nescit ubi sunt:

Sup xxiiij. dix contenta in capitlo tangere canonicos, q in hoc st superiores:

Die ultra scripto:

Examinatio ven. pbri francisci muscheti mansionarij aquilegen sup capitulis productis et spalit sup tangentibus ipos mansionarios & commissione uts: absq tn iuramento:

Sup primo dixit q horis brisatis requirit p mansionarios et ceteros omnes exceptis paucis vadunt ad matutinum et q ipse pbr franciscus punctat nō cunctos quilibet officii punctando ut apparet in suo libro:

Sup secundo dixit q similiter mansionarii vadunt ad alias horas sed aliqui non diligenter quia tardant et nō intersunt in principio et absentes punctantur tantu in matutinis in ... et vespis tam mansionarios q canonicos pariter et illi qui in missa nō interest epte in vesperis secundo psalmo & Matutinis quarto: et talis punctati ... in missa vesperis et matutinis ... ipsarum horarum:

Sup tertio dixit q in choro nulla penitus fuatur modestia p aliquos qd e pessimum etc: Et quod peius est diebus festiuis et tpre quo celebratur missa conventualis, aliqui exeunt de choro & alta voce confabulantur cum aliis & suis negociis, et perturbant diuinum officium et p hunc modum datur pessimum exemplum capitis & ... et reductioni chori. Que ... statur in diuinis officiis:

Sup quarto dixit de obligatione ignorare tamen consueverunt canonici p mansionario celebrare suas ebdomadas p debita mercede, & nihil ... in magnis solemnitatibus p se missas solent celebrare:

Sup quinto, dixit q ignorat mansionarios tamq mansionarios obligatos esse ad celebrandum missas, quia sunt deputati p choro: Sed ut sunt capellani dixit ipos esse obligatos, aliquos ad duas missas in ebdomada, aliquos ad tres, & aliquos ad unam: et q in hoc nō fit totum debitum aliquo tpre:

Sup sexto dixit nescire si mansionarij tenentur ad residentiam estiuo tpre quia nō vidit aliquam obligationem ... exempti sunt canonici audiuit tamen ab aliquibus q ipsi mansionarij tpre estatis debent modo una pars modo altera ... sed fere oms consueuerunt residere aquileie exceptis paucis, et illi q resident nō oms vadunt ad ecc. tamen illi q vadunt celebrant diebus nō feriatis missam conventualem et oms horas summissa voce, Diebus uo diebus cantant solum missam. In magnis festiuitatibus cantant oms horas et missam. Et q ipo estiuo tpre punctantur omnes absentes et canonicos et mansionarios in festiuitatibus denariorum et honorantiarum et nō aliis diebus:

Sup septio dixit q oms mansionarij hūt capellas exceptis pbro Marino, Guilielmo, Anto^o ... & palanto: et quilibet quot hz capellas tot missas tenetur celebrare in ebdomada. Tn in toto nō fit debitum ab aliquibus: et q ipse p. Franc^s hz duas capellas vz. s. pauli et s. ... & fortunati:

Sup octauo dixit q oms mansionarij sunt sufficientes, ~~excepto~~ et idonei, excepto pallanto qui ad nihil valet ultra nisi ut mittatur foras:

Sup nono dixit q circa sacramenta et reliquias fit debitum:

Sup x^o dixit q sacrista in aliquo nō facit debitum:

Sup xi. xij. et xiij. nō fuit examinatus, quia dixit ignorare ... decimo tertio nō dixit q nō clauduntur adeo q ... ... : et ... oia:

Sup xv. xvi. et xvij. dixit ignorare quia illa spectant canonicis et capitulo et nō mansionariis:

Sup xviij. dixit q quantum sibi uidetur honeste uiuit et incedit in habitu et tonsura:

Itē cū: quia indignū est, et a sacris Canonibus permaxime improbatum. q vita illorum, quæ sancta et Innocentissima servari debet, impudicarū mulierum comertio coinquinet. ꝗdō vetere consuetudine, uel uerius corruptelā, penitus exercantes: harum serie prohibemus, q nullus ex dn̄is Canonicis vicarijs Mansionarijs seu capellanis dictæ ecclīæ deinceps presumat. domi uel alibi sumptibus suis, uel alr̄. tenē aliquā mulierem iuvenē, et de incontinentia suspectā & quæ saltē nō excesserit annū quinquagesimū etatis suæ. Exceptis nihilominus mulierib' d' qbus sacri Canones faciunt mentionē, sub pena librarum quinquaginta pro quolibet & qualibet uice qua fuerit contrafactū: Siquis uero p xv. dies post huius constitutionis nr̄æ publicationē, repertus fuerit in hoc culpabilis & postea monitus p sex menses nō curauit uitā suā in melius reformare. ultra dictam penā privationē omniū beneficiorū suorū, quæ in dioc. Aquileien̄ obtinet, se ipso iure noverit incurrisse:

De penis p Mansionarios incurrendis si absq licentia ex Aqleia recesserint:

Item: Ad tollendam nimiam licentiā, quam multi sibi habent ad libitū usurpa

runt cum detrimento etiam diuini cultus. De cetero prohibemus: quod nullus Mansionarius uel capellanus presumat aliquo tempore anni, ex Aquileia recedere manSurus ultra unum diem pro quocunque negotio sine licentia domini Decani seu vicedecani qui fuerit pro tempore, sub pena xl.ta denariorum pro quolibet et qualibet uice qua extiterit contrafactum ornatui predicte ecclesie applicanda, et per officiales tali inobedienti de lucro residentie retinenda: Siquis uero absque licentia huiusmodi per xv. dies continuos steterit absens, ipso facto priuationem sui beneficij censeatur incurrisse et alteri idoneo possit de illo per capitulum prouideri, eo amplius non expectato seu ~~amplius~~ aliter citato:

Quod filij sacerdotum et clericorum parentibus in diuinis non deseruiant:

Ceterum: Quia indignum et plurimum indecorum esse censemus, quod sacerdotum et aliorum clericorum filij, parentibus suis in ecclesia, et presertim in altaris ministerio assistant uel ministrent, cum sint coram deo et hominibus testes manifesti paterne incontinentie. Idcirco huiusmodi errori et scandalo (quod in mentibus fidelium ex re huiusmodi sepius causatur) prouidere studentes In posterum prohibemus quod nullus ex predictis dominis Canonicis, vicarijs, Mansionarijs seu capellanis presumat in ipsa ecclesia in missa uel alijs diuinis officijs, que publice celebrantur, permittere aut tollerare, quod aliquis suus filius in aliquo ministret uel deseruiat eidem sub pena excomunicationis et decem denariorum pro quolibet et qualibet uice qua extiterit contrafactum:

De prohibitione ludorum et de penis a contrafacientibus incurrendis:

Item Quia ad notitiam nostram deductum est, quod nonnulli ex clericis Aquileiensis ecclesie posthabita clericali honestate, quam seruare tenentur, in locis publicis ad aleas et carthas, cum laycis ludere consueuerunt, in quibus crebre in deum et sanctos blasfemie et aliarum rixe committi solent, dyabolo instigante, qui huiusmodi ludis Indubie presidet: ac etiam (quod non minus damnabile et reprehensibile esse dignoscitur) Interdum ad aprorum venationes deposito clericali habitu et modestia festis et diebus exire, venabula in humeris deferentes: Propterea ad abolenda huiusmodi dannatissima consuetudine: De cetero prohibemus quod nullus de collegio dominorum Canonicorum seu vicariorum, uel de cetu Mansinariorum Capellanorum et aliorum clericorum prefate ecclesie, audeat uel presumat ad dictas aleas, taxillos, uel carthas, ludere, etiam fallendi ocij gratia: Neque ad aliquam venationem exire, sub pena unius Marce denariorum pro quolibet et qualibet uice per inobedientes ipso facto incurrenda, Fabrice ecclesie applicanda. Et ab eis per curiam patriarchalem indiminute auferenda:.

Q nullus excusetur in ecclia qui tonsoris opera utitur:

Item. Quia (ut accepimus) quedam contra divinum cultum, inter dominos
Canonicos vicarios, Mansionarios et Capellanos Aquileien ecclie pro-
venit abusio, q qui aliquo die tonsorem ad se pro radenda Barba
capiteq abluendo faciunt evocari, no vadunt ad missa & alias horas
Canonicas, nec ppea punctantur, sed pro pntibus et intereentibus ha-
bentur, quod est admodum ab omnibus deu timentibus damnandu
et fugiendu, q pro tantulare, divinus cultus neglegi et postponi de-
beat, qui ceteris emergentibus negotijs est preferendus: Ideirco nolentes
tanto errori et corruptele, quantum cum deo possumus providere
ne trahatur in consequentia: presenti constitutione nra Interdicimus,
et prohibemus, q deinceps punctator qui pro tempore fuit non
possit aut debeat aliquem ex predictis Dominis Canonicis vicarijs
Mansionarijs, vel capellanis excusare, seu pro pnti hre, quando opa
Barbitonsoris circa cultu corporis utitur, sed unumquemq indiffe-
renter punctare teneatur, sub pena periurij & unius denarij quia
ipso facto incurrat, vice qualibet, qua in premissis quoquomodo
contrafacere presumpserit:

De pecunijs fabrice et hornatus in alium usum no exponendis:

Iterum ad obviandum multis sacrilegijs, que circa pecunias & bona
hornatus prefate ecclie comitti diversimode consueuerunt, ut q indem-
nitati fabrice consulatur plurimorumq murmurationes et scandala
tollantur e medio: harum serie Inhibemus: q in futurum Camerarij
eiusde ecclie qui pro tpre fuerint, quovis modo, aut quesito colore no
possint, aut valeant, exponere pecunias fabrice vel hornatus in parva vl
magna suma in aliquem alium usum q in eu in quē sut deputate, &
ultra hoc teneantur et debeant quotiens aliquid ex eiusmodi pecunijs exe-
gerint, seu alr ad eorum manus pvenerit, illd totu et sine diminutioe
in sanctuario reponē absq magno tpris intervallo, pecuniasq ipas nunq in-
de. pro aliqua re etiā urgentissima sumere vel levar, et ex decreto capituli,
Nisi dumtaxat, pro rebus ad ipm hornatu et fabrica spectantibus sub pe-
na excomunicationis late sntie et rfundendi d suo tantu quantu fuit
alr q predictu e expositum, Quam pena eo ipo quilibet contrafaciens in
currisse censeatur trina canonica monitione premissa. Simulr Refor-
mando ordinamus, atq iubemus, q omnes et singli Camerarij preteriti
Qui sut dcte fabrice vel ornatus in aliqua pecuniarz quantitate debitores.
sint obligati pecunias debitas infra spatiuz triu mensiu a die publicatio -

mi ptium commnerandorum in manibus novorum camerariorum exbursare integre
et sine ulla reservatione: sub dictis penis ut supra incurrendis:

Item: Constituimus et ordinamus: quod de cetero omnes et singuli Camerarij deputandi antequam suum offitium incipiant exercere prestare debeant idoneam fideiussionem si prefato venerando Capitulo visum fuerit expedire de suo officio fideliter et absque fraude exercendo: et nihilominus teneant quolibet anno bonum computum et rationem reddere de administratis in festo annuntiationis beate virginis absque aliqua excusatione: Et si remanserint in aliquo debitores illud totum illico consignare ac satisfacere in manibus successoris: sub pena predicta:

De reddendis rationibus quorumcumque
officiorum prefate ecclesie:

Insuper ad extinguendam damnatissimam et perniciosam omnibus membris prefate ecclesie negligentiam, que hactenus in reddendis computis et rationibus gestorum officiorum commicti non absque dispendio consuevit. Reformando decrevimus: quod in futurum omnes et singuli officiales Aquilegiensis ecclesie quocumque nomine censeantur teneantur et debeant rationes suorum offitiorum reddidisse coram rationatoribus per capitulum deputatis seu deputandis, modis et temporibus per statuta et laudabiles ordinationes dicte ecclesie constitutis absque aliqua pretermissione et desidia, sub penis et strictturis in eis contentis: Mandantes ulterius quod in hoc prefatum capitulum non sit negligens in deputandis idoneis rationatoribus nec ipsi computiste desides et remissi in dictis rationibus videndis et calculandis: Decernentes etiam quod omnes officiales preteriti, qui suas hactenus rationes non concluserunt, illas reddere et concludere teneantur usque per totum mensem May proxime futurum, sub pena amissionis lucri et sue residentie per annum:

De modo et ordine celebrandi capitulum
absque rixa et tumultu:

Cum negotia capituli modeste: sapienter concorditer et cum dei timore: et non cum strepitu, clamore, rixa et dissensione (ut multos fecisse hactenus cognovimus) preponi: tractari ac transigi debeant Desiderantes huic et morbo ne diutius ingravescat providere: Iccirco presenti constitutione nostra inhibemus quod nullus postac ex collegio sive Capitulo prefate ecclesie audeat vel presumat quando ipsum capitulum celebratur, aliqua verba iniuriosa proferre, vel in aliquem conviciis et contumeliis insurgere: sub pena unius Marche solidorum si iniuriatus fuerit canonicus, si vero iniuria illata fuerit domino Decano pena contra talem conviciantem duplicetur, Que pena fabrice ecclesie applicetur. Hortantes et monentes omnes, quod quiete et pacifice vivere, et fraternam charitatem invicem habere, suaque negotia concorditer, et absque strepitu (ut clericos decet) peragere et exequi studeant, in beneplacito dei, et pro-

dicte ecclesie utilitate. Ac omnem factionem si qua in est, et odia, simultatesque deponere. Si quis vero in ipso capitulo vel extra aliquem ex dominis Canonicis rixando, pugno percussisset sine sanguinis effusione, ultra excommunicationis sententiam in tales a iure promulgatam, per integrum annum officio clandestino uoci illico se noverit esse privatum. Si vero sanguine cum ictibus vel sine effuderit ultra penas predictas, toto anno sequenti nihil penitus de liucro residentie percipere vel habere debeat. quam penam ipso facto et ille officialis incurrat, qui tali delinquenti ipso tempore de liucro predicto aliquid porrexerit, seu alteri pro eo presumpserit exbursare:

De residentia absentibus non concedenda nisi seruata forma presentis constitutionis:

Item. Ad tollendas multas fraudes que in danda et concedenda residentia a multis hactenus commisse sunt et indies committi fortius dubitatur, cum illa sepius nonnullis contra iuris dispositionem et statutorum formam pro voluntate et arbitrio aliquorum concedatur et per hunc modum prestatur occasio multis non residendi, cum diminutione divini cultus ac iactura et murmuratione aliorum divinorum celebrationi vacantium, quibus ex hoc labor augetur et premium aliquod non accrescit. Propterea presenti constitutione nostra perpetuo valitura prohibemus ne deinceps talis residentia presertim quotidianarum distributionum (que solum Residentibus et divinis interessentibus debentur, etiam seruata in hoc statutorum forma) alicui ex quavis causa quantumcunque legitima dari et concedi non possit, nisi citatis omnibus canonicis in patria residentibus, et ea prius obtenta fuit in capitulo prefate ecclesie, saltem per duas partes dominorum capitularium. et deinde a Reverendissimo D. patriarcha vel eius vices gerente (qui pro tempore fuerit) approbatum: Et si secus factum fuerit irritum sit penitus et inane et quicunque aliquod emolumentum ex huiusmodi residentia non seruata forma presentis constitutionis perceperit teneatur id totum officialibus prefati capituli integre restituere et ad hoc faciendum possit per officium patriarchale cogi et compelli etiam per censuram ecclesiasticam et alia iuris opportuna remedia:

Ad idem:

Insuper proxime constitutioni nostre addentes prohibemus ne in posterum prefatum capitulum, quando contigerit et voluerit mittere aliquem ex canonicis residentiam apud ipsam ecclesiam facientibus, utinam seu ad quevis alia loca patrie, vel extra eam, pro quibusvis negotiis, non possit aut valeat, sub pena interdicti aliquo pacto tali sic misso et destinato residentiam dare, sed potius aliquod certum stipendium, ex quo possit bone tas et moderatas impensas pro tempore quo absens fuerit, elicere et tali

Canonico ante recessu iuramentu deferatur, quod principaliter negotia capituli et non privata facere procurabit fideliter et cum diligentia. Et hoc ad evitandas fraudes et multorum fallacias, qui sepius sub velamine negotiorum capituli indicti cum indulgentia ipsius residentie recedere consueverunt, et omne tempus aut vacue et absque aliquo ecclesie fructu terent, aut illud propriis usibus et negotiis applicant et impendunt:

De officio punctarie et obligationibus punctatoris:

Item: Ad occurrendum dolis et fraudibus que in punctarie officio committi possent, Constituimus et reformamus, quod futuris temporibus, ille qui in punctatorem fuerit deputatus, debeat in principio sui officii debitu in manibus Domini Decani prestare iuramentu, de ipso legaliter et accurate exercendo, sine gratia vel acceptione alicuius persone: Et cum ipsum officium inceperit exercere, librum punctarie per eum ordinatu deferre in capitulu de quindeci diebus in quindeci, Dominis capitularibus, et aliis inspiciendu, ipsumque cum libro sexcalchi collationare, ut dignosci possit si facit debitu suum erga omnes: Inhibentes eidem, quod tempore quo merita singulorum peraguntur illa per se absque presentia duorum canonicorum per capitulum deputandorum aliquo pacto facere non possit, sub pena amissionis totius stipendii eidem pro sua mercede dicti administrati officii debiti: quod ab eo de facto auferatur et ornatu prefate ecclesie applicetur: Si vero is qui punctator pro tempore fuit, Repertus erit aliquam fraude in dicto suo officio commisisse, scilicet punctando aliquem contra iustitiam et veritate, vel ad compiacentia dimittendo cum punctare debuisset, Et de hoc fuit convictus eo ipso inhabilis sit et censeatur perpetuo, ad reliqua dicte ecclesie officia, Et aliter pro arbitrio ipsius capituli (si expedierit) mulctetur:

De electione scholastici, Cantoris & Mansionariorum:

Ad tollendas omnes praticas, iniustos favores, illicitasque et carnales preces que in electionibus scholastici, Cantoris, & Mansionariorum prefate ecclesie fieri consueverunt ex quibus interdu, ad complacentia aliquorum, et non secundu quod ipsi ecclesie ac divino cultui expediret, minus idonei assumuntur propterea circa hoc opportune providere cupientes: presenti constitutione abusionem huiusmodi reformamus, atque determinus, quod deinceps nullus possit per dictu capitulu in scholasticu, Cantore, seu Mansionariu assumi vel deputari, Qui prius per dominu Archidyaconu presente & qui pro tempore fuerit, una cum duobus Canonicis ex peritioribus per dictum Capitulum deputandis, non fuerit examinatus & approbatus pro sufficienti in cantu, & aliis que eorum offitium exigunt

et requirunt: alias electio et deputatio uniuscuiusque preter et contra formam huius constitutionis nostre facta et celebrata, sit ipso iure nulla. Et is qui sic electus fuerit, offitium suum nullatenus valeat exercere, absque licentia R.mi D. patriarche uel sui pro tempore Gubernatoris, sub pena perpetue ab illo suspensionis, quam ipso facto contrafacientes incurrant.

Quod statuta et reformationes ecclesie aquileien. bimes in Capitulo quotannis legantur.

Ulterius. Quia in nostra visitatione inter alios errores et defectus comperimus, multos ex Dominis Canonicis, vicarijs et mansionarijs statuta ipsius ecclesie, per eos iurata ignorare, quod est magnopere damnabile et periculosum: Cum per huiusmodi ignorationem multiplicia periuria committi facile possint: Idcirco huic in re, que non parui momenti existit, opportunum remedium afferre cupientes. Constituimus et ordinamus: quod deinceps quotannis per Cancellarium capituli dicte ecclesie legi et insinuari debeant, in eodem capitulo, in quo interesse etiam mansionarij et capellani, omnia statuta et reformationes ecclesie antedicte, semel in principio residentie, et semel in fine, ac liber ipse statutorum et reformationum poni et catenari debeat in sacrario ut quolibet tempore ab omnibus legi possit et quisque facilius cognoscere et intelligere valeat que seruare et a quibus abstinere debeat et teneatur: pena ipsi Cancellario si premissa adimplere neglexerit viginti Den. pro qualibet uice:

De Inventario omnium preciosorum mobilium dicte ecclesie conficiendo:

Item: Ad occurrendum futuris damnis et iacturis, que in bonis et rebus mobilibus ad hornatum et diuinum cultum ipsius ecclesie spectantibus de facili contingere et euenire posset, cum nullum (ut accepimus) aut saltem diminutum et imperfectum inuentarium de rebus ipsis extare dicatur. Idcirco tenore presentium Reformando Constituimus et ordinamus, quod in terminum trium mensium proxime futurorum, per dictum venerandum Capitulum fieri debeat unum bonum et autenticum Inuentarium, De omnibus reliquijs, crucibus, vasis argenteis, paramentis, libris, priuilegijs et ornamentis aureis uel argenteis, positis et existentibus tam circa ipsas sacratissimas Reliquias, que circa ymaginem gloriose virginis, et alibi: Necnon de instrumentis, scripturis et rebus alijs quibuscumque mobilibus et preciosis prefate ecclesie, ut bona ipsa non valeant ex aliqua neglientia seu obliuione deperire: Quod inuentarium postquam fuerit confectum, reponi debeat in sanctuario, et de tempore in tempus

quando aliquod boni seu nouum ornamentu fuerit ad ipsam ecclesiam depor
tatum huiusmodi inuentario superaddi, de commissione prefati venerandi
Capituli siue dominorum Camerariorum pro tempore existentium, sine mora
et dilatione:

De electione penitentiariorum deputan-
dorum tempore maioris ebdomade:

INsup vt saluti animarum christifidelium ad sanctam ecclesiam Aquileiensem,
tempore maioris ebdomade pro suorum remissione peccatorum e diversis con-
fluentium, consulatur veterem abusionem et corruptelam circa hoc penitus
tollere et abolere cupientes statuendo reformamus: quod futuris tempori-
bus prefatum Capitulum, siue deputandi ab eo, teneantur et debeant sub oner[e]
proprie conscientie, eligere in penitentiarios et auditores confessionum peniten-
tium, sacerdotes seculares uel regulares, qui tanto officio sint idonei, et non tan-
tum scientia prediti, sed uite etiam bonitate probati, Adhibentes quod non possit aliq[uis]
concubinarij publici, uel alter de aliquo graui crimine publice notati ad eius-
modi officium quoquomodo assumi. Illi uero qui sic electi fuerint et per
examen idonei repperti et approbati non possint dictis penitentibus verbo uel
signo aliquid petere, sed id tantum quod sponte fuerit oblatum recipere, sub Ana-
thematis pena. Vt autem penitentiarij predicti scelus aut rapinam aliquam
circa hoc committere non cogantur, seu christi pauperes indebite expillare: presenti
constitutione nostra interdicimus et prohibemus, quod prefatum Capitulum uel alius pro
eo, aliquid ab ipsis penitentiarijs de helemosina siue emolumento eorum accipe[re]
seu extorquere non possit, vt hactenus (et minus recte) factum fuisse
comperimus:

De claustro Monialium non adeundo, et ipsis mo-
nialibus, domi non recipiendis:

Ad tollendam insuper damnatam illorum licentiam, qui absque ullo penitus rubor[e],
Deique reuerentia, virgines sacras (quas moniales appellant) quotidie visita-
re, et illas ad se uenientes recipere, in manifestam proprie salutis ruinam
et contra Canonum sacrorum instituta, superiorumque interdicta temere pre-
sumunt, ne talis culpa fortius inualescat, presenti constitutione nostra confirmãdo
prohibemus: quod de cetero, nulli Decano, Canonico, vicario, Mansionario, Capellano vel
clerico Aquileiensis ecclesie, fas sit, claustra monasterij S. benedicti extra muros Aquileie in-
gredi vel aliqua ex monialibus quantumcumque consanguinea uel affine pro quauis causa
in domum suam recipere absque petita et obtenta licentia a Reverendissimo D. patriarcha siue eius pro tempore
vicario sub pena excommunicationis late sententie quam ex nunc prout ex tunc et e contra ferimus in his scriptis in
Canonicos monitione premissa ad usum inobedientes, cuius contrafacientes ipso iure se nouerint subiacere:
a qua nullus nisi per sedem patriarchalem seu apostolicam valeat quomodo absolui et liberari:

De modo et ordine tenendi sigillum privilegia et librum deliberationum capituli:

Ad obviandum pretorea futuris fraudibus et scandalis que per tenentes sigillum prefati Capituli interdum committi et suscitari verisimiliter posset circa conficiendas et obsignandas litteras iniustis et irrequisitis in plaribus huiusmodi decreto nostro Reformando decernimus quod fieri debeat una capsella cum duabus seris et clavibus diversi laborerij in qua servari debeat dictum sigillum liber deliberationum capituli et ipsius privilegia quarum clavium unam teneat dominus decanus alteram antiquior institutione Canonicus pro tempore existentes ea tamen lege quod ipsi duo non possint seu valeant ullo unquam tempore aliquas litteras obsignare et expedire quae prius ex deliberatione capituli decretae non fuerint sub pena suspensionis a lucro residentie per integrum mensem pro quolibet et qualibet vice qua extiterit contrafactum et cui ipso iure ex sua inobedientia subiacere noscantur aliquo non obstante.

De executione legatorum ad pias causas:

Cum animae defunctorum non sint suis dispositionibus ultimis que voluntatibus quomodolibet fraudandae intellecto cum displicentia quod per nonnullos tum canonicos tum Mansionarios prefatae ecclesiae Commutata fuerunt res facta fuerunt quaedam pia legata partim fabricae et partim venerando Capitulo spectantia ut quotannis certis diebus anniversaria pro eorum salute celebrarentur quemadmodum alijs multis in dicta ecclesia fieri consuevit et nihilominus testamentarij executores incuria et negligentia quadam ducti nihil hactenus de ipsorum defunctorum voluntatibus debitae executioni mandarunt quod absque grandi onere et dispendio eorum conscientiae pretermitti non potuerunt cum forte causa fuerint per huiusmodi suffragiorum ecclesiae subtractionem eorum ipsorum animae diutius in purgatorij cruciatibus detinentur: Ideo volentes negligentiam ipsam ipsorum executorum pectoribus excutere et dictorum defunctorum refrigerio providere: harum serie committimus et prefatis executoribus stricte precipiendo mandamus quod infra duorum mensium spatium post publicationem presentium incipiendum debeant voluntates ac dispositiones eorundem defunctorum executioni debitae demandare ac omnimode adimplere: Quem terminum eis et eorum cuilibet pro primo secundo tertio ultimo et peremptorio ac omni dilatione assignamus. Alioquin illo exacto nos executionem ipsam alia nulla interiecta mora patriarchali auctoritate faciemus:

De provisione facienda de moderno scholastico:

Caeterum quia intelleximus presentem scholasticum non esse ad hoc suum officium ad quod electus est sufficientem, prout ex forma infrascripti statuti requiritur, Qui etiam (ut dicitur) tempore sue electionis minime fuit examinatus: propterea Decernimus & iubemus quod idem scholasticus examini subiciat, et casu quo non repperiatur idoneus de alio magis sufficienti et qui contenta in ipso statuto adimplere noverit, pro honore dicte ecclesie et comodo devotorum deservientium eidem provideatur. Ut autem eiusdem scholastici onera clarius intelligantur, ipsius statuti exemplum inferius subici ac describi mandavimus, in hec verba etc.

In primis tenetur scholasticus regere in cantu et gramatica, et docere in officio ecclesiastico Canonicos et pauperes gratis. Item tenetur in diebus festivis ordinare et docere pueros de prima lectione et primis tribus versiculis et terminare omnes lectiones, tam in festivitatibus quam in alijs diebus: In diebus vero non feriatis de prima lectione et primo versu: Item tenetur tam diebus festivis quam alijs audire lectiones ab illis qui volunt et indigent: Item ordinare minores in processione et ad candelabra portandum & thuribulum crucem & aquam sanctam: Item in quattuor temporibus scribere acholitos ad prophetias legendas, et servitium faciendum, et ordinandum omnia que spectat ad officium minorum frequentando scholas suas: Item tenetur corrigere et emendare omnes libros ecclesie tam in Cantu quam in textu: Item tenetur intonare cantum in choro suo: Item tenetur scribere omnia quae requirunt impressionem sigilli Capituli:

Quod Domini Canonici et capitulum exhibeat copiam suorum privilegiorum Curie patriarchali:

Item decernimus, ordinamus, atque Iubemus, quod Domini Canonici & capitulum prefate ecclesie teneantur in termino unius mensis proxime futuri a die publicationis presentium computandi, nobis et patriarchali curie exemplum dare omnium et singulorum privilegiorum que habent, illorum dumtaxat, per que iurisdictioni patriarchali in aliquo derogatur: Quod si non fecerint Declaramus procedi posse in futurum contra subditos eiusdem capituli, in criminalibus tantum, per Dominum ordinarium sedis patriarchalis, non habita ratione talium assertorum privilegiorum:

De provisione in claudendo cimiterio:

Item, Cum admodum sit indignum quod loca sacra ab immundis animalibus fe—

dentur, que etiam ab hominibus in reverentia & honore haberi debent, ppea Ordinamus, & Cimiterium dicte ecclie, quod hactenus omnibus patuit claudi et obserari debeat, tali modo et forma q deinceps ipsis brutis animalibus facilis aditus non prestetur.

De observandis novis & veteribus statutis.

Deniq: Cum nō absq admiratione et animi molestia intellexerimus, q nec vetera nec nova pfate ecclie statuta, et illa presertim que sub Gubernio Rx. D. An. epi Feltren edita fuerunt et manu omnium residentium Canonicorum in pleno capitulo subscripta, servuntur, Ido saluti vniversorum et comodo pfate ecclie consulentes, Reformando et constituendo sancimus, & statuta pdicta tam nova q antiqua ab omnibus et singulis dominis Decano, Canonicis vicarijs, mansionarijs, & alijs clicis in dicta ecclia beneficiatis & tam pntibus q futuris debeant in omnibus suis partibus, clausulis et punctis perpetuo inviolabiliter observari, sub pena vnius marce solidorum p quemlibet inobedientem inte qualibet incurrenda camere ipius ecclie applicanda, et p officialem qui pro tempore fuit, de lucro residentie taliter delinquentis absq alia deliberatione retinenda, et p eum in manibus camerariorum effectualiter ponenda, ultra alias penas in dictis statutis, q sic violavit, incurrendas: Quibus p has nras constitutiones nolumus in aliquo derogari.

Edite fuerunt suprascripte reformationum constitutiones p Rx^m in christo patrem & dominum dominum Petrum epum in Balneoregien in pathatu et dioc Aquileien p Rmo D.D. patha Gubernatorem generalem suprascriptum lecte nō et publicate p me Iulium sandonium Cancellarium infrascriptum de sui comissione et mandato in pleno capto sancte ecclie Aquileien in sacristia eiusdem ad sonum campanelle, ad hoc spale congregato in quo interfuerunt dni ut moris e

Doymus de valvasono Decanus. Laurentius de venetijs, Antonius de susanis. Ludovicus de luisinis. Pr Pancianus de soldonerijs. Butius de palmut. Jacobus de belgrado & Franc^s de luisinis, omnes canonici in ipa ecclia prebendati et apud eam in pntiarum residentes, totumq captm ipius repntantes et facientes cum plures comode hri et interee nō posset. Hec nō pbri Benedictus a rutibus vicarius D. Imperatoris in pfata ecclia. pr Franc^s Joannis. p. Franc^s muschettus. p. Albertus capralanus. p. Marinus de alexio. p. Andreas civitaten. p. Jacobus de bellucijs. Antonius de cadignola et Palladius de Fama Mansionarij. Post quarum publicationem Idem Rx. dominus Gubr Dix quatr omnes pdictas constitutiones ediderat pro

bono et comodo dicte sancte ecclie ac honore pace et quiete Collegij et congregatio-
nis tam ipsorum Dominorum Canonicorum q Mansionariorum. Ad quarum
observantiam omnes perbenigne hortatus est: offerens nihilominus si qua in ipsis
reformationibus apposita esent contra iuris et sacrorum canonum dispositionem/qd no cred.
se paratum ee talia delere et emendare: Cum pfati domini Decanus et Cano-
nici responderunt velle super eis hre respectum et matura deliberatione. Et de-
inde esse cum . sua Rx . D. ac videre de intentione capituli: X

Acta et gesta fuerunt omnia & singula suprascta In loco pdco
Coram pfatis dominis Capitularibus & mansionarijs, statim
post vespos: Anno Nativitatis Dominice MCCCCLXXX
quarto. Indictione secunda: Die Xo Martis tertia mensis
Februarij. De quibus rogatus fui Ego Paulus Sanctonini
pfati Rmi D. Pathe: Cancellarius:

Die veneris sexta februarij 1484.

Constituto personalr Rx. D. Petro di et aplice sedis gra Epo Balneoregien & Gubre patriarchatus
Aquileien. & Capitulo sancte ecclie Civitatis Aquileie congregato in sacristia po [illegible]
maiore In quo interfuerunt D. Dominus d valvasono Decanus Dns Laurentius d vene-
tijs D. philippus d bellucijs D Antonius d susanis D. ludovicus d lumsinis D. [illegible]
d soldonerijs Et dominus Jacobus d belgrado Canonici in pfata ecclia prebendati totum capitlm
facientes & constituentes: pfati domini capitulares pntaverunt et porrexerunt ad manus pfati
Rxmi D. Gubris instantiam & requisitionem suam tenoris infra narrantes instantes petentes
et concludentes ut in ea. Qua requisitione recepta et p me Paulum Cancellarium infrascriptum de
comissione & mandato eiusdem Rx D. Gubris ibidem lecta: sua Rx Dnatio decrevit
eisdem petentibus copiam ipsarum reformationum et terminum petitum & quem vellent
Dicens se ex nunc remitte omne casum et negotium ad Rxm D. patham Aquileien ut
S. D. [illegible] faciat et disponat d ipsis reformationibus tanq Dns et superior ut eidem vide-
bitur et placebit, sed nolle ulterius in aliq impedire cum semel suam exoneraverit
conscientiam et functus sit officio suo: pnte ven. D. petro Bodegano Cancellario pfati capi:

Tenor dce instantie superius producte: Coram vob Rxmo in christo pre et D D. Petro di et aplica sedis gra Epo Balneoregien &

in patriarchatu Aquileien. gubernatore benemerito: Comparent Rx. D. Doymus de
Valvasono Decanus, Canonici et capitulum Aquileien. ad pns in sancta Aquileien.
ecclesia residentes, dicentes et exponentes, Qualiter Rx. D. V. superioribus diebus
dum diceret Rx.do capitulo velle ipsam ecclesiam cum capitulo visitare, et capitulum ipsum
credens eandem D. V. nolle de antiquis statutis, ordinationibus et modo vive-
ndi aliquid immutare adiungere vel minuere remansit contentum de suscipienda
dicta visitatione: Cumque D. V. Rx. ulterius in ipsa visitatione procedendo
singulos de capitulo cum mansionariis examinasset clam: eorum depositionibus
in scriptis redactis ut asserunt, eadem D. V. Rx. multos errores dignos re-
prehensione et correctione invenit: Super quibus erroribus emendandi
eadem D. V. nullo communicato cum ipso capitulo consilio, diversas ordinatione[s]
cum penis illis annexis edidit et promulgavit. Quod minus iuri-
dice factum fuisse nemini in dubium vertitur. Cum prius si quid fa-
ciendum erat reformandum vel corrigendum cum ipso capitulo debuit communica-
re de faciendo reformatione si qua opportuna erat cum eodem convenire: Cum de
legibus antequam condantur liceat disputare et non post condita, cum tunc secun-
dum ipsas debeat iudicari. Et videndum sit. Cum sint in dictis reformationibus
ut praedictum est multa continentur per que vetera statuta immutantur et
tolluntur: et plerasque contineant et que consuetudini et moribus huius sanctae
ecclesiae non conveniunt, multa et in ipsis (?) et iusta prima facie colli-
gata videntur, illoque die quo publicate fuerunt non bene ab omnibus et singulis
percipi potuerunt, cum tantum semel lecte fuerint que varia continent
et multiplicia. Iccirco ut melius capitulum ipsum et circumspectius que agenda
sunt videre valeant ac deliberare quid postremo agendum sit: instat et petit
ac reverenter requirit ut copia ipsorum statutorum seu reformationum D. V.
exhibere et dare dignetur et velit: Qua exhibita et data iterum petit sibi
dari terminum competentem in quem convocari facere possit ceteros D. Canonicos
qui sunt in patria, quia in re tanti momenti que est gravissima, ut pote
immutatio status ecclesie debeat vocari absentes: et predicta omnia et
singula petit instat et requirit omnibus melioribus modo via et forma
quibus capitulum ipsum potest et debet protestans quod non currat sibi terminus ad ob[ser]-
vantiam faciendam dictarum reformationum nisi data copia ut supra et assignato
termino ut premissum est.

Eodem die:

Idem Rx.mus D. verbo dixit et exposuit prefatis D. Decano Canonicis et capitulo: quod ad sui
noticiam pervenerat quod presbyter Paulonus deputatus ad beneficium Villae (?) dux et ha[bet] mu-
lierem quandam iuvenem que est publica meretrix: Et quando cum ipsi D. capitulares habeant iuris-
dictionem circa institutionem et destitutionem suorum presbyterorum et clericorum, quando instituit et
mandavit quod circa hoc ab eis provideant prout iusticia et honestas requirit: Cui presbytero extunc
interdicit omnis licentia celebrandi concessa: Similiter dixit qualiter in sua visitatione
repperit aliquos dixisse quod sunt certi mansionarii minus sufficientes. Quare similiter
instituit et mandavit quod secundum eorum facultatem circa hoc provideatur pro debito capituli
et ecclesie, Quia res huiusmodi non pertinet ad eum.

Die xj. februarij 1457

Quibus in domo residentie R. in xpo patris domini Petri dei et aplice sedis gratia epi Balneoregien in patriarchatu et dioc. Aquilegien Gubernatoris generalis Utini: presentibus Sr. Iacobo Antonio eius famulo & Sr. Iacobo de Susana ciue Utinen testibus ad hec uocatis & rogatis. Ibique coram prefato R. domino Epo & gubernatore personaliter comparuerunt R. pater dominus dominus de Valnalono decanus sancte ecclesie Aquilegien. ac clarissimus iuris doctor dominus ... sindicus venerandi capituli eiusdem & nomine omnium dominorum canonicorum & prefati capituli produxerunt appellationem huiusmodi tenoris infrascripti a constitutionibus et reformationibus ab eodem R. D. Gubernatore nuper editis et publicatis in ipsa ecclesia Aquilegien dicentes narrantes exponentes quotantes appellantes protestantes . apostolos petentes & concludentes in omnibus & per omnia ut in ea ... qui appellationi prefatus R. D. G. dixit non deferre & sic non detulit & remisit totum ad Rmum. dominum patriarcham Aquilegien. A qua non delatione & remissione prefati D. decanus & dominus ... sindicus iterum appellauerunt : etc.

Tenor dicte appellationis:

Coram uobis R. in christo patre domino petro epo Balneoregien dignissimo & in hoc patriarchatu Aquilegien pro Rmo. D. nostro ... uicario et gubernatore benemerito comparent venerandi D. decanus canonici & capitulum s. Aquilegien eccl. per eorum legitimum sindicum et procuratorem ad hoc specialiter deputatum & non sine animi molestia ac grauamine cum ad tui qua decet reuerentia dicunt narrant et allegant excipiunt opponunt prouocant et appellant in hunc modum. vz. Quod superioribus diebus v. R. p. assumpsit prouinciam uisitandi eam ... ecclesiam Aquil. quam dicti D. decanus canonici et capitulum proculdubio putabant per eandem v. p. uisitari seruatis de iure seruandis, et sic secundum dispositionem iuris et sacrorum canonum instituta & non alio seu alio modo: Cum tamen totum egit oppositum. et prefati ... asseram uisitationem fecit, dictum postposito, neglecto et postergato pari et consilio eiusdem capituli cum et nec requisito, cum tamen de iure debuisset requiri et haberi & ideo requiri et haberi, quod nec in hoc ullatenus consuetudo cuiuscumque temporis introducta si quod alteri tum esset cum honestate et sacrorum canonum institutiones, et sic uisitando nisi ... tamen tempore et inconsultis predictis D. Canonicis & capitulo nonnullas asseras reformationum constitutiones statuta et prouisiones, uel si quo alio uerbo et aptiori uocabulo appellari et dici possent fecit et statuit ac deinde in proximis diebus citra tamen ipsum dicere dierum publicari iussit & publicauit. Que maiori ex maiori parte de directo sunt contra eiusdem venerabilis capituli priuilegia statuta a sancta sede aplica confirmata & laudabiles consuetudines a tanto tempore et citra inuiolabiliter obseruatas quod eius initij in contrarium memoria non existit. Quorum quidem assertorum statutorum constitutionum siue prouisionum omnium diffusius singulatim et specifice hic insererent rationes tamen et grauamina, si illorum copia haberi potuisset que nullatenus haberi potuisset licet congruis loco et tempore a v. D. et eius cancellario pluries fuit cum instantia petita. Proinde cum huiusmodi asserta uisitatio et successiue asserte constitutiones, siue prouisiones per v. p. uts fulminate cedant in damnum maximum & preiudicium Canonicorum et capituli predictorum ac eorum iurium et laudabilium consuetudinum. Et consequenter ex illis ultra modum grauentur in hoc scripto in primis dicunt dictam assertam uisitationem cum omnibus predictis prouisionibus siue statutis et constitutionibus factis fuisse et esse nulla, nullius quod ualoris ul momenti tanquam fulmin

nata et facta seu fulminata et facienda contra dispositionem iuris et sacrorum canonum instituta, maxime cum a dicta p. p. v. fuit processum nedum inconsulto dicto venerando capitulo, sed nec et requisito ut praedictum est, et aliis omnibus suis loco et tempore dicendis et allegandis: et quatenus essent aliquae seu aliqua (quod tamen non credimus) dicimus ipsas assertas visitationem provisionem statuta seu constitutiones esse iniquas et iniustas seu iniqua et iniusta tamquam facta et fulminata contra eiusdem venerandi capituli privilegia statuta et consuetudines inviolabiliter observatas et approbatas et secreto ab ipsis tamquam iniquis et iniustis amplectendo semper nullitatem quam dicunt intendunt simul cum praesenti appellatione. Ex his scriptis provocant et appellant omnibus praedictis et aliis etiam proponendis et allegandis suis loco et tempore ad s. sedem apostolicam cuius protectioni se submittunt: et petunt apostolos in forma iuris semel bis et tertio instanter instantius et instantissime petentes quod huic eorum appellationi tamquam iustissime et omni iure suffultae D. v. deferre debeat et etiam protestantur quod ipsa appellatione pendente nihil debeat innovari aliter protestantur contra D. v. R. s et contra quemcumque alium innovantem de poenis et censuris iuris etc. praedicta autem omnia et predictorum singula proponunt, exigunt, attinent, petunt, provocant et appellant coniunctim et divisim: et omnibus melioribus modo via et forma quibus melius et efficatius possunt et debent etiam de consuetudine seu de iure etc.

Et quoniam praedicti domini canonici et capitulum ex parte dicti prosequi non possunt hanc ipsam appellationem propter vexationes et prohibitiones Illustrissimi dominii domini Venetiarum ac etiam propter discrimina viarum etc. ideo protestantur quod non currat eis tempus ad prosequendam ipsam appellationem, quousque dabitur facultas ipsam prosequendi etc.

Die xxiii februarii 1484.

Coram praefato R. D. episcopo Tarvisino Venetiis in sala domus s. Antonii extra comparuit providus vir ser Petrus minor, tamquam asserens sindicus venerandi capituli ... et petiit ... dicto nomine decerni et assignari apostolos super appellatione aliter interposita per dictum venerandum capitulum sive eius nomine a certis constitutionibus sive reformationibus per s. R. D. factis et publicatis in ecclesia Aquileiensi etc.; quos apostolos dixit se esse paratum exigere. Qui R. D. audita instantia ipsius ser Petri dixit se non detulisse appellationi sed propterea super ea decrevit et assignavit apostolos refutatorios, et sic ipsos decrevit et assignavit: praesentibus ser Nicolao de Sancto Gregorio et ser Petro a Varis notario civibus Venetiis testibus etc.

Appellationi aliter interpositae nullum voluit deferre

Die xxvii Februarii 1484

Venetiis in cancellaria curiae patriarchalis praesentibus Sylvestro Alemanno coquo praefati R. D. Tarvisini et Francisco Barbetta de Venetiis testibus etc. Ibique providus vir ser Petrus minor nomine quo supra requisivit me D. Paulum Sanctominum cancellarium curiae patriarchalis quatenus sibi dare deberet apostolos sibi decretos et assignatos a praefato R. D. ut pars sua posset procedere iuri suo in causa appellationis ut permittitur interpositae. Qui D. Paulus ... dixit se paratum esse omni die et hora dare praefato ... ser Petro tam dictos apostolos quam exemplum reformationum et alias quascumque scripturas ... opportunas, dummodo sibi fieret satis de labore et mercede scripturae constitutionum reformationum et apostolorum praedictorum simul et semel. Qui ... dixit nolle aliquid dare quia non tenebatur: offerens se stare taxationi cuiuscumque boni et periti viri de premissis faciendae:

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

mādamus